¶ Incipit Maremagnum. ideſt indulgẽtie. ꝓuilegia. gratie. ⁊ indulta. cum multis alijs bullis diſpſis per uenerabilem ſacre pagine bachalarium fratrem Joannemmariam de polucijs de nouolaria cum tabula per alphabetum oꝛdinata: fideliter ⁊ iuſte in vnum redactis: almi oꝛdinis fratrum ⁊ ſororum glorioſiſſime dei genitricis ſemperqꝫ virginis Marie de monte carmelo. Notandũ ꝙ ſupꝛadicta gratie dicuntur: eo ꝙ gratioſe uti debemus.

**Reuerendiſſimis** ac Reuerendis in chꝛiſto patribus ⁊ dñis dñis dei ⁊ aplice ſedis gr̃a ꝑriarchis archiepis epis eorũqꝫ ⁊ cuiuſlibet ipſoꝝ in ſp̃ualibꝰ ⁊ tpalibus vicarijs ſeu officialibꝰ generalibus ⁊ abbatibus quibuſcũqꝫ: nec non uenerabilibus ⁊ circũſpectis viris dñis quarũcũqꝫ parochialium eccleſiarũ rectoribus ſeu locatenẽtibus eorũdẽ per vniuerſas mũdi partes ⁊ ꝓuincias ↄſtitutis ⁊ eoꝝ cuilibet inſolidũ oibus alijs ⁊ ſingulis quoꝝ intereſt intererit intereſſeqꝫ ⁊ quem ſeu quos infraſcriptũ tãgit negocium ſeu tãgere poterit quomodolibet in futurũ etiam coiter ⁊ diuiſim quibuſcũqꝫ noibus cẽſeant ⁊ q̃cũqꝫ ꝓfulgeãt dignitate ſeu auctoritate Joañes aloiſius tuſcanus utriuſqꝫ iuris doctoꝛ dñi nr̃i pape capellanus ipſiuſqꝫ ac eius camerarij nec non camere cauſarũ curie aplice generalis auditoꝛ ac oium ſentẽtiarum in romana curia ꝑſertim per ſummos põtifices latarum iudex vniuerſalis ⁊ executoꝛ ad infraſcripta vna cum alijs diuerſis nr̃is in hac parte collegijs infraſcriptis cũ illa clauſula quatenus per ſe uel per aliũ ſeu alios ⁊c. a ſede aplica deputatus ſalutem in dño ⁊ nr̃is huiuſmodi immo uerius aplicis firmiter obedire mãdatis. Noueritis litteras apoſtolicas in foꝛma quinterni ⁊ in cartis ſeu folijs quadragintaquattuoꝛ ſanctiſſimi in chꝛiſto patris ⁊ dñi noſtri dñi Sixti diuina ꝓuidentia pape quarti eius uera bulla plumbea in foꝛma quinterni cum filis ſericis rubei croceiqꝫ coloris more romane curie impendeñ bullatas ſanas ⁊ integras non viciatas non cancellatas neqꝫ in aliqua ſui parte ſuſpectas. ſed omni pꝛoꝛſus vicio ⁊ ſuſpitione carẽtes pꝛout pꝛima facie apparebat. nobis per Reuerẽdum patrem dñm ⁊ magiſtrum chꝛiſtoforũ martignonum oꝛdinis beatiſſime dei genitricis ſemperqꝫ virginis marie de monte carmeli fratrum ⁊ ſororum utriuſqꝫ ſexus ⁊ pꝛofeſſorum eiuſdem oꝛdinis magiſtrum generalem ſeu pꝛiorem eius ⁊ eorũdem fratrum ac totius oꝛdinis pꝛedicti nominibus coram notario publico ⁊ teſtibus infraſcriptis fuiſſe pꝛeſentatas. quas nos cum ea qua decuit reuerentia recepimus huiuſmodi ſub tenore.

Bulla pꝛima.

**Sixtus** Ep̃us ſeruus ſeruorum dei ad ꝑpetuam rei memoriam Dum attẽta meditatione pẽſamus ꝙ virga uenuſtiſſima ⁊ omnium virtutum floribus inſignita virgo dei genitrix glorioſiſſima cuius pulchꝛitudinem ſol ⁊ luna mirant. cuiuſqꝫ pꝛecibus iuuat populus chꝛiſtianus. ⁊ que florem pꝛecioſiſſimum immarceſſibilem ⁊ eternum dñm noſtrum ieſum chꝛiſtum ineffabili ſancti ſpiritus cooperãte virtute genuit. pꝛoduxitqꝫ ſacrum oꝛdinem beate marie de monte carmelo a ſede apoſtolica pluribuſqꝫ romanis pontificibus pꝛedeceſſoribꝰ noſtris appꝛobatum. quem eiuſdem glorioſiſſime dei genitricis ſemperqꝫ virginis marie ſpeciali titulo uoluit inſigniri. ut ob eiuſdem virginis reuerẽtiam oꝛdo ipſe a chꝛiſti fidelibus merito peramplius uenerarent. ipſiqꝫ fideles propterea eiuſdem virginis marie adiuti ſuffragijs eterne retributionis pꝛemia facilius conſequi mererent. dumqꝫ ſublimium dicti oꝛdinis utriuſqꝫ ſexus ꝑſonarum virtutum merita deo quidem grata ⁊ in cõſpectu aplice ſedis accepta digna memoria recẽſemus. ac oꝛdinem ipſum ⁊ illius ꝑſonas ſub ſedis aplice ⁊ eccleſie romane pꝛotectione immediate exiſtẽtes: ⁊ inter ceteros regularium oꝛdinum pꝛofeſſores in firmamẽto catholice fidei militãtes tanꝙ religionis ſpeculum ⁊ exemplar ſpeciali charitate fulgentes. ſanctorũqꝫ ꝓphetarum helie ⁊ heliſei ⁊ alioꝛũ patrũ qui montem ſanctum carmeli iuxta helie fontem inhabitarũt ſucceſſionem hereditariam tenẽtes. fructus quoqꝫ uberes quos dictus ſacer oꝛdo in agro militantis eccleſie in pꝛopagatione religionis ⁊ fidei oꝛthodoxe hactenus pꝛoduxit utiliter ⁊ pꝛoducit ac in futurum pꝛoducturum fore indubitanter ſperamus. paterna charitate intuemur dignum potius quinimmo ⁊ debitum reputamus nos ad illa noſtros debere dirigere cogitatus. per que ea que pꝛo diuini cultus ⁊ dicti oꝛdinis incremento animarumqꝫ ſalute a q̃pluribus romanis pontificibus pꝛedeceſſoribus noſtris ſublatis ambiguitatibus que exinde emerſiſſe noſcuntur in ſua integritate perſiſtant ⁊ tanto firmius obſeruentur quanto erunt ſepius ſedis apoſtolice munimine ſtabilita. Dudum ſiquidem a felicis recoꝛdationis Nicholao quarto. Bonifacio octauo. Clemente quarto. Innocentio quarto. Alexãdro etiam quarto. Gregorio vndecimo. Joanne vigeſimoſecundo. Clemente ſexto. Eugenio quarto. Pio ſecundo. Urbano quarto. Calixto tertio. Nicholao quinto. Benedicto decimotertio. Innocentio ſexto. ⁊ Paulo ſecũdo romanis põtificibus ꝓdeceſſoribꝰ nr̃is emanarũt littere. quas in cancellaria nr̃a diligẽter inſpici quarũqꝫ tenorem de uerbo ad vbũ ꝑñtibꝰ inſeri fecimus.

cum incipiāt uetuſtate cōſumi ⁊ quas ⁊ eorum tenores innouamus cōfirmamus ⁊ approbamus ac p̄ſentis ſcripti
patrocinio auctoritate apoſtolica perpetuo cōmunimus. Quarum quidem litterarum tenor talis eſt.

**Nicholaus** Epus ſeruus ſeruorum dei Dilectis filijs priori generali ⁊ fratribus ordinis beate marie 2
de mōte carmeli ſalutem ⁊ aplicam beñ. Solet annuere ſedes aplica pijs uotis ⁊ honeſtis
petētium p̄cibus fauorem beniuolū impartiri. ea propter dilecti in dn̄o filij ueſtris iuſtis poſtulationibus grato cō
currētes aſſenſu oēs libertates ⁊ immunitates a p̄deceſſoribus nr̄is romanis pōtificibus ſiue per priuilegia ſeu in-
dulgētias uobis uel ordini ueſtro cōceſſas nec non libertates ⁊ exēptiones ſecularium exactionum a regibꝰ ⁊ prin
cipibus ⁊ alijs chriſti fidelibus rōnabiliter uobis indultas ſicut eas iuſte ⁊ pacifice obtinetis uobis ⁊ per uos ei-
dē ordini aucte aplica cōfirmamus ⁊ pn̄tis ſcripti patrocinio cōmunimꝰ. Nulli ergo oīno hoīum liceat hāc pagi-
nā nr̄e ꝯfirmationis īfringē uel ei auſu temerario ꝯtrire. Si qs aūt hoc attēptare p̄ſūpſerit idignationē oīpotētis dei
⁊ beatoꝝ petri ⁊ pauli aploꝝ eius ſe nouerit incurſurū. Datū reate ſecūdo idus auguſti pōtificatꝰ nr̄i anno primo.

**Bonifacius** Epus ſeruus ſeruoꝝ dei Dilectis filijs priori ⁊ fratribus ordinis beate marie de mon 3
te carmeli ſalutem ⁊ aplicam beñ. Cum a nobis petit' qđ iuſtum eſt ⁊ honeſtum. tam ui
gor equitatis ⁊ ordo exigit rōnis ut id per ſolicitudinem officij nr̄i ad debitum pducat' effectum. ea ꝓpter dilecti in
dn̄o filij ueſtris iuſtis poſtulationibus grato cōcurrētes aſſenſu oēs libertates ⁊ immunitates a p̄deceſſoribꝰ no-
ſtris ro. pōti. ſiue per priuilegia ſeu alias īndulgētias uobis ⁊ ordini ueſtro cōceſſas nec non libertates ⁊ exēptio-
nes ſecularium exactionū a regibus ⁊ principibus alijſqꝫ chriſti fidelibus rōnabiliter uobis indultas ſicut eas iu
ſte ⁊ pacifice obtinetis uobis ⁊ per uos eidem ordini aucte aplica cōfirmamus ⁊ pn̄tis ſcripti patrocinio cōmuni
mus. Nulli ergo oīno hoīum liceat hāc paginam nr̄e cōfirmationis infringere uel ei auſu temerario contraire. Si
quis autem hoc attēptare p̄ſumpſerit indignationem oīpotētis dei ⁊ beatorum petri ⁊ pauli aplorum eius ſe no-
uerit incurſurum. Datum rome apud ſanctum petrum ſecūdo kalēdas aprilis pontificatus noſtri anno tertio.

**Clemens** Epus ſeruus ſeruoꝝ dei Uenerabilibus fratribus archiepīs ⁊ epīs ad quos littere iſte perue- 4
nerint ſalutem ⁊ aplicam beñ. Ex parte dilectorum filioꝝ fratrum heremitarum ordinis ſan
cte marie de montecarmeli fuit ꝓpoſitum coram nobis qđ cum malicia tp̄is excreſcēte oportuerit eos de loco quē
habebāt in monte ipſo fugere ante faciem pſequētium paganoꝝ uelintqꝫ cellas ⁊ eccl'ias cōſtruere ac habere cimi
terium ⁊ cāpanam ad opus ipſoꝝ ueſtris ciuitatibus ⁊ dioceſ' in locis ad hoc ipſis pia fidelium liberalitate cōceſ
ſis ut ibi diuina celebrare ac debitum dn̄o reddere ualeāt famulatum nōnulli eos ſup hoc impedire p̄ſumūt ⁊ exi-
gūt nihilominus nōnulla indebite ab eiſdem. Quia igit' ipſis in hac parte tam aplicus ꝙ noſter fauor eſt miſericor
diter impēdēdus ad inſtar felicis recordationis innocētij pape. iiij. p̄deceſſoris nr̄i vniuerſitatem ueſtram rogādā
duximus ⁊ admonēdam per aplica uobis ſcripta mādātes quatinus habētes ad eos debite cōpaſſionis affectuꝫ
illos ſup p̄miſſis ueſtro pio impēſo ipſis ſuffragio non pmittatis quātum in uobis eſt ab aliquibus indebite mo-
leſtari preces ⁊ mādatum noſtrum in hac parte taliter impleturi qđ deuotionem ueſtram poſſimus exinde in dn̄o
merito cōmendare. Datum peruſij ſecūdo kl' nouembris pontificatus noſtri anno primo.

**Innocentius** Eps ſeruus ſeruoꝝ dei Dilectis filijs priori ⁊ fratribus heremi beate marie de mō- 5
te carmeli ſalutem ⁊ aplicam beñ. Religionis ueſtre meret' honeſtas ut uos in chri-
ſti viſceribus amplectētes ſupplicationibus ueſtris quātum poſſumus annuamus. Ea ꝓpter dilecti in dn̄o filij ue
ſtris precibus inclinati pſonas ueſtras ⁊ locum in quo diuino eſtis obſequio mācipati ſub beati petri ⁊ nr̄a ꝓte-
ctione ſuſcipimus ⁊ pn̄tis ſcripti patrocinio cōmunimus aucte uobis p̄ſentium indulgētes ut cum generale terre fue
rit interdictum liceat uobis clauſis ianuis excōmunicatis ⁊ interdictis excluſis diuina officia celebrare dummodo
cauſam non dederitis interdicto nec id uobis ꝯtingat ſpecialiter interdici. Nulli ergo oīno hoīum liceat hanc pagi-
nā nr̄e ꝓtectionis ⁊ ꝯceſſiōis īfringē uel ei auſu temerario ꝯtrire. Si qs aūt hec attēptare p̄ſumpſerit indignationē oī
potētis dei ⁊ beatoꝝ petri ⁊ pauli aploꝝ eiꝰ ſe nouerit icurſurū. Datū lugduni idus iunij pōtificatꝰ nr̄i anno ſc'do.

**Alexander** Epus ſeruus ſeruorum dei Dilectis filijs prioribus ⁊ fratribus ordinis glo'iſſime dei ge 6
nitricis ſempqꝫ virginis marie de mōte carmeli ſalutem ⁊ aplicam beñ. Religionis ueſtre
meretur honeſtas ut uos in charitatis viſceribus amplexātes petitionibus ueſtris quātum cum deo poſſumus fa-
uorabiliter annuamus. Hinc eſt qđ nos ueſtris deuotis ſupplicationibus inclinati ad inſtar felicis re. innocētij pa-
pe. iiij. predeceſſoris noſtri auctoritate preſentium uobis indulgemus ut cum generale terre fuerit interdictum liceat
uobis in eccleſijs ueſtris ianuis clauſis non pulſatis campanis ſubmiſſa uoce excōmunicatis ⁊ interdictis exclu-
ſis diuina officia celebrare. dummodo cauſam non dederitis interdicto nec id uobis contingat ſpecialiter interdici.
Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre conceſſionis infringere uel ei auſu temerario contraire.

Si quis autem hoc attẽptare ꝑſumpſerit indignationem oĩpotẽtis dei ꝛ beatoꝝ petri ꝛ pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum lateraū quinto idus februarij pontificatus noſtri anno ſecũdo.

**Gregorius** Epũs ſeruus ſeruoꝝ dei Dilectis filijs priori gnãli ꝛ fr̃ib⁹ ordinis glˀioſiſſime dei genitricis ſempqꝫ vͥginis marie de mõte carmeli ſalutem ꝛ aplĩcã beñ. Prouiſionis nr̃e debet ꝓueni re ſubſidio ut ius ſuũ cuilibet ꝯſeruet. Hinc eſt qꝺ tenorẽ qrũdam lr̃arũ felicis re. innocẽtij pape. vi. ꝑdeceſſoris nr̃i in regiſtro ipſius ꝑdeceſſoris reptum pro eo qꝺ ſicut ur̃a petitio nobis nuꝑ exhibita ꝯtinebat dicto tenore uos aſſe ritis indigere de regiſtro ipſo de vbo ad vbũ trãſcribi ꝛ ad ur̃e ſupplicationis inſtãtiã pñtib⁹ annotari fecim⁹. qui talis eſt. Innocẽtius eṗs ſeruus ſeruoꝝ dei Dilectis filijs priori generali ꝛ fr̃ibus ordinis beate marie de mõte car meli ſalutẽ ꝛ aplĩcam beñ. Sacre ur̃e religionis in qua relictis ſeculi uanitatib⁹ ſub regulari habitu deuotum ꝛ ſe dulũ impẽditis dño famulatũ ꝓmeret honeſtas ut uotis ur̃is in hijs ꝑſertim que aiarum ur̃arum ſalutem reſpici unt quãtũ cuꝫ deo poſſumus fauorabilr̃ annuamus. Sane petitio pro parte ueſtra nobis exhibita ꝯtinebat qꝺ cũ interdũ uos uel aliquem ur̃m ad loca generali interdicto ſubiecta declinare ꝯtingerit clerici ſeculares ꝛ regulares eorũdeꝫ locoꝝ ibidẽ excoĩcatis ꝛ interdictis excluſis ꝛ alias iuxta cõſtitutiones canonicas diuina officia celebrã tes uos ad huiuſmodi diuina audiẽdum ꝛ inibi celebrãdum ꝛ ſacramẽta eccl̃iaſtica recipiẽduꝫ admittere recuſant. ꝓpter qꝺ uos abſqꝫ celebratione ꝛ auditione diuinoꝝ ꝛ pceptione ſacramẽtoꝝ eccl̃iaſticoꝝ plures dies multoti ens trãſire cõtingit. Nos igit̃ ſuꝑ hijs uobis ꝓuidere uolẽtes ueſtris in hac parte ſupplicationib⁹ inclinati uobis auct̃e aplĩca tenore pñtiũ indulgemus ut in locis ſic generalr̃ interdicto ſuppoſitis cũ ad ea declinaueritis ad hu iuſmodi diuina officia celebrãdum ꝛ audiẽdum ꝛ recipiẽdum eccl̃iaſtica ſacramẽta ibidẽ recipi ꝛ admitti ianuis tñ clauſis ꝛ excoĩcatis ꝛ interdictis excluſis non pulſatis cãpanis ꝛ uoce ſubmiſſa poſſitis ꝛ ualeatis duꝫ tñ uos uel huiuſmodi declinãtes cauſam nõ dederitis interdicto nec id uobis uel eis ꝯtingerit ſpãliter interdici. Nulli ergo oĩ no hoĩum liceat hãc paginam nr̃e cõceſſionis infringere uel ei auſu temerario ꝯtraire. Si quis aũt hoc attẽptare ꝑ ſumpſerit indignationẽ oĩpotẽtis dei ꝛ beatoꝝ petri ꝛ pauli aploꝝ eius ſe nouerit incurſurũ. Datũ apud villã no uam auinionẽ dioceſ qnto kl̃ auguſti põtificatus nr̃i anno octauo. Ceterũ ut earũdem lr̃arum tenor ꝑdictus ſic inſertus oĩmodã rei ſeu facti certitudinẽ faciat aplĩca auct̃e decernimus ut illud idem robur eãqꝫ vim eũdẽqꝫ vigo rem dictus tenor per oĩa habeat que haberẽt originales lr̃e ſupradicte ꝛ eadem ꝓrſus eidem tenori fides exhibea tur qñcũqꝫ ꝛ ubicũqꝫ ſiue in iudicio uel alibi ubi fuerit exhibit⁹ uel oſtẽſus ꝛ eidem ſtet firmiter in oĩbus ſicut eiſdẽ originalib⁹ lr̃is ſtaret ſi forẽt exhibite uel oſtẽſe. per hoc aũt nullũ ius de nouo acqri uobis uolumus. ſed antiquũ ſi qꝺ habetis tm̃modo cõſeruari. Nulli ergo oĩno hoĩum liceat hãc paginã nr̃e ꝯſtitutionis ꝛ uolũtatis iſringẽ uel ei auſu temerario ꝯtraire. Si qs aũt hoc attẽptare ꝑſũpſerit idignationẽ oĩpotẽtis dei ꝛ beatoꝝ petri ꝛ pauli aploruꝫ eius ſe nouerit incurſurũ. Datũ apud põtẽ ſorgie auinionẽ dioceſ ſecũdo kl̃ iunij põtificatus nr̃i anno ſecũdo. 7

**Joãnes** Epũs ſeruus ſeruoꝝ dei Dilectis filijs priori gnãli ꝛ vniuerſis priorib⁹ ꝛ fr̃ibus ordinis glˀioſiſſi me dei genitricis ſempqꝫ vͥginis marie de mõte carmeli tam pñtibus qꝫ futuris religioſam vitã ꝓ feſſis ſalutẽ ꝛ aplĩcam beñ. Sacer ordo ueſter in agro dñico diuina diſpoſitione plãtatus ꝛ glˀioſe vͥginis marie ti tulo inſignitus aplĩcis gratijs digne meret attolli cuius ꝓfeſſores mũdanis a ſe relegatis illecebris celeſtiũ ꝯtẽpla tioni uacãtes inſiſtũt iugiter ꝓfectibus aiarũ. Nos aũt ad dictũ ordinem quem in ſtatu firmo ſolido ꝛ ſtabili decer nimus ꝛ uolumus ꝑmanere aplĩce ꝯſiderationis intuitũ dirigẽtes ad ea libenter intẽdimus per que ꝓfeſſores iam dicti nullum interne pacis patiant̃ excidiũ nullũqꝫ religionis ſtatus pferãt detrimẽtum. ſed eo deuotius diuino cul tui ac ſalutis inſiſtãt opibus quo quietior ſtatus fuerit eorũdem ipſiqꝫ ampliori fuerit libertate dotati. ea propter dilecti in dño filij deuotionis ueſtre ꝑcibus fauorabiliter annuẽtes uos ꝛ predictum ordinem ꝑſonas ꝛ eccleſias oratoria domos res alias ꝛ loca ueſtra ac ſpectãtia ad eadem in quibus inhabitatis ad ꝑſens uel inhabitabitis in futurum cum oĩbus iuribus ꝛ ꝑtinẽtijs ſuis ac ꝑſonis degẽtibus in eiſdem ꝛ ius ꝛ ꝓprietatem beati petri ꝛ apo ſtolice ſedis aſſumimus illaqꝫ a cuiuſcũqꝫ dioceſani ꝛ cuiuſlibet alterius poteſtate iuriſdictione ꝛ dñio oĩmode in ꝑpetuum ꝓrſus eximimus de gr̃a ſpeciali decernẽtes ex nunc uos ꝛ ordinem ueſtrum ac ꝑſonas eccl̃ias oratoria domos ꝛ loca ꝑfata ac ꝑtinẽtia ad eadem ſoli romano põtifici ꝛ dicte ſedi tam in ſpũalibus qꝫ in tp̃alib⁹ abſqꝫ ul lo medio ſubiacere. Ita qꝺ nec locoꝝ ordinarij nec alia queuis ꝑſona eccl̃iaſtica in uos ꝛ ordinem ꝑſonas eccl̃ias oratoria domos ꝛ loca ꝑdicta ut pote ꝓrſus exempta poſſint excoĩcationis ſuſpẽſionis aut interdicti promulgare ſentẽtias uel alias poteſtatem ſeu iuriſdictionẽ aliquã exercẽ. Qꝺ ſi forſan quicqꝫ in ꝯtrariũ a quoqꝫ fuerit attẽptatũ il lud oĩno ſit irritũ ꝛ inane. Nulli ergo oĩno hoĩum liceat hãc paginã nr̃e aſſumptionis exẽptionis ꝛ ꝯſtitutionis in fringere uel ei auſu temerario ꝯtraire. Si quis aũt hoc attẽptare ꝑſumpſerit indignationẽ oĩpotẽtis dei ꝛ beatoꝝ petri ꝛ pauli aploꝝ eius ſe nouerit incurſurũ. Datũ auinionẽ tertio idus martij pontificatus noſtri anno primo. 8

**Clemens** Epūs ſeruus ſeruoꝝ dei Dilectis filijs generali ⁊ alijs prioribus ac fratribus ordinis glioſiſ- 9
ſime dei genitricis ſempqꝫ v̄ginis marie ſalutem ⁊ aplicam ben̄. Sacer ordo ueſter in agro dn̄i
co diuina diſpoſitione plātatus ⁊ glioſe v̄ginis marie titulo ſpecialiter inſignitus aplicis gratijs digne meret̄ attolli
cuius ꝓfeſſores mūdanis a ſe relegatis illecebris celeſtiū cōtēplationi uacātes inſiſtūt iugiter ꝓfectibus aiarum.
Nos autem ad dictum ordinem quem in ſtatu firmo ſolido ⁊ ſtabili uolumus ꝑmanere aplice cōſiderationis in
tuitum dirigētes ad ea libēter intēdimus per que ꝓfeſſores iam dicti nullum interne pacis patiant̄ excidium nul-
lūqꝫ religionis ſtatus ꝑferāt detrimētum. ſed eo deuotius diuino cultui ac ſalutis inſiſtāt opibus quo quietior ſta
tus eorūdem fuerit ipſiqꝫ ampliori fuerint libertate dotati. Sane petitio pro parte ueſtra nobis nuꝑ exhibita cōti-
nebat q̄ licet felicis recordationis ioānes papa. xxij. ꝑdeceſſor noſter tūc in humanis agēs uos ⁊ p̄dictum ordi-
nem ac pſonas ecclīas oratoria domos res alias ⁊ loca ueſtra ac ſpectātia ad eadem in quib⁹ inhabitabatis tūc
uel habitaretis in futurum cum oibus iuribus ⁊ ptinētijs ſuis ac pſonis degētibus in eiſdem in ius ⁊ ꝓprietatem
beati petri ⁊ ſedis aplice aſſumpſiſſet a cuiuſcūqꝫ dioceſani ⁊ cuiuſcūqꝫ alterius poteſtate iuriſdictione ac dn̄io om
nimode ꝓrſus in ꝑpetuum exemiſſet. decernēdo ex tūc uos ⁊ ordinem ipſuꝫ ac pſonas ecclīas oratoria domos ⁊
loca p̄fata ⁊ ptinētia ad eadem ſoli romano pōtifici ⁊ dicte ſedi tam in ſpūalibus q̄ in tpalibus abſqꝫ ullo medio
ſubiacere. ita q̄ nec locoꝝ ordinarij nec alia queuis pſona ecclīaſtica in uos ⁊ ordinem pſonas ecclīas oratoria
domos ⁊ loca p̄dicta ut pote prorſus exēpta poſſint excoicationis ſuſpēſionis aut interdicti ꝓmulgare ſentētias
uel alias poteſtatem ſeu iuriſdictionem aliquam exercere. Q̄d ſi forſan quicq̄ in cōtrarium a quoq̄ attēptatum fo
ret illud oino eſſet irritum ⁊ inane. tn̄ qr indulto huiuſmodi exēptionis non cauet̄ q̄ uos ratione delicti ſeu cōtra
ctus aut rei de qua agit̄ cōueniri coram ordinarijs minime ualeretis uos timētes ſuꝑ hijs poſſe forſan in poſterū
moleſtari nobis humiliter ſupplicaſtis ut ꝓuidere uobis ſuꝑ hoc de oportuno remedio dignaremur. Nos igitur
qui uos ⁊ ordinem ipſum ſpeciali ꝓſequimur in dn̄o charitate ueſtris ſupplicationibus inclinati uobis ⁊ ſucceſſo
ribus ueſtris in ꝑpetuum aucte aplica tenore p̄ntium indulgemus ut p̄fato indulto in ſuo robore ꝑmanēte coram
quibuſuis dioceſanis ⁊ locorum ordinarijs rōne delicti ꝯtractus ſeu rei de qua agit̄ ꝯueniri uel impeti nullatenus
ualeatis felicis recordationis innocētij pape. iiij. ꝑdeceſſoris nr̄i ⁊ alijs cōſtitutionibus aplicis ꝯtrarijs non obſtā
tibus quibuſcūqꝫ. Decernētes ex nūc irritum ⁊ inane ſi ſecus ſuꝑ hijs a quoq̄ quauis aucte ſciēter uel ignorāter cō
tingerit attēptari. Nulli ergo oino hoium liceat hāc paginā nr̄e cōceſſionis ⁊ ꝯſtitutionis infringere uel ei auſu teme
rario cōtraire. Si quis aūt hoc attēptare p̄ſumpſerit indignationem oipotētis dei ⁊ beatoꝝ petri ⁊ pauli aploruꝫ
eius ſe nouerit incurſurum. Datum auinion̄. xiiij. kl' augu. pontificatus nr̄i anno ſexto.

quintus **Nicholaus** Epūs ſeruus ſeruoꝝ dei Dilectis filijs priori generali ⁊ fratrib⁹ ordinis glioſiſſime dei 10
genitricis ſempqꝫ v̄ginis marie de mōte carmeli ſalutem ⁊ aplicam ben̄. ¶ Cū a nobis 1
petit̄ q̄ iuſtum eſt ⁊ honeſtū tam vigor equitatis q̄ ordo exigit rōnis ut id per ſolicitudinem officij nr̄i ad debitū
ꝑducat̄ effectum. Cum itaqꝫ felicis recor. innocētius papa. iiij. ꝑdeceſſor noſter ad ueſtre ſupplicationis inſtātiā per
bone memorie hugonem tituli ſancte ſabine p̄ſbyterū cardinalē ⁊ bone memorie gulielmū anteradenſem epm̄ que
dam regule ueſtre dubia declarari ⁊ corrigi ac quedam ipſius grauia miſericorditer fecerit mitigari ꝓut in litteris
inde cōfectis plenius cōtinet̄. Nos ueſtris p̄cibus inclinati declarationem ⁊ correctionem ac mitigationem huiuſ-
modi ad inſtar ipſius innocētij ac pie memorie alexādri pape. iiij. ꝑdeceſſoꝝ nr̄orum aucte aplica cōfirmamus ⁊
p̄ntis ſcripti patrocinio cōmunimus. Tenorem lr̄arum eiuſdem p̄deceſſoris innocētij ꝓut in regiſtro ipſius ꝯtinet̄
Innocentius 4. de uerbo ad v̄bum p̄ntibus inſeri faciētes. qui talis eſt. ¶ **Innocētius** eps ſeruus ſeruoꝝ dei Dilectis filijs prio 2
ri ⁊ fratribus heremitis ordinis glioſiſſime dei genitricis ſempqꝫ v̄ginis marie de mōte carmeli ſalutem ⁊ aplicā
ben̄. Que honorem cōditoris oium ⁊ ꝓfectum cōtinēt aiarum roboris p̄ſidio ſunt fulciēda ꝑpetui. ſed illa p̄cipue
ſuꝑ quibus aplice ſedis auctas ſalubris ꝓuidētie ſtudium noſcit̄ habuiſſe. Cum itaqꝫ nos ad ueſtre ſupplicatiōis
inſtātiam per dilectum filium hugonem tituli ſancte ſabine p̄ſbyterum cardinalem ⁊ uenerabilem fratrem noſtrū gu
lielmuꝫ anteradenſem epiſcopum. quedam regule ueſtre dubia declarari ⁊ corrigi ac etiam quedam ipſius grauia
miſericorditer fecerimus mitigari ꝓut in litteris inde cōfectis plenius continet̄. Nos ueſtris pijs deſiderijs annuē-
tes declarationem ⁊ correctionem ⁊ mitigationem huiuſmodi auctoritate apoſtolica cōfirmamus ⁊ preſentis ſcri-
pti patrocinio cōmunimus. Tenorem autem litterarum ipſarum de uerbo ad uerbum fecimus preſentibus anno-
tari qui talis eſt. ¶ **Frater** hugo miſeratione diuina tituli ſancte ſabine p̄ſbyter cardinalis: ⁊ frater gulielmus ea- 3
dem miſeratione anteradenſis epiſcopus cariſſimis in chriſto filijs religioſis viris priori generali ⁊ diffinitoribus
capituli generalis ordinis fratrum glorioſiſſime dei genitricis marie de monte carmeli ſalutem in omniuꝫ ſalutari.
Accedētes ad apoſtolicam ſedem fratres clerici raynaldus ⁊ petrus ordinis ueſtri ex parte ueſtra a domino papa

humiliter poſtularūt ut quedam que in ueſtro priuilegio ⁊ regula olim uobis a felicis memorie alberto pr̄iarcha
hieroſolimitano tradita cōtinent dubia. declarare corrigere ⁊ quedam grauia mitigare miſericorditer dignaretur.
Cum igit̄ dn̄s papa eoꝝ deuotis ſupplicationibꝰ annuēdo nobis cōmiſerit ut declarationē correctionē ⁊ mitigati
onem huiuſmodi faceremus vice ipſius ſm qđ bono ſtatui ordinis ⁊ fratrū ſaluti expediēs videremus. religioni
ur̄e qua fungimur aucte mādamus. q̄tinus regulā a nobis correctā declaratā ⁊ mitigatā ꝑut expedire vidimꝰ. de
uote recipiētes eā firmiter obſeruetis. ⁊ ad inſtar eiuſdē ueſtras alias regulas corrigatis. quā uobis per eoſdē fra
tres ſub ſigillis nr̄is mittimus in hac forma. ¶ Albertꝰ dei gr̄a hieroſolimitane eccl̄ie uocatꝰ pr̄iarcha dilectis in 4
chriſto filijs brocardo ⁊ ceteris heremitis. qui ſub eius obediētia iuxta fontē helie in mōte carmeli morant̄ in dn̄o
ſalutē ⁊ ſci ſpūs ben̄. Multifarie multiſq; modis ſci patres iſtituerūt q̄liter quiſq; in quocūq; ordine fuerit. uel quē
cūq; modū religioſe vite elegerit. in obſequio ieſu chriſti viuē debeat. ⁊ eidē fideliter de corde puro ⁊ bona ꝯſciētia
deſeruire. ¶ Uerū q2 requiritis a nobis. ut iuxta ꝓpoſitū ueſtrū tradamus uobis vite formulā. quā tenē in poſte 5
rū debeatis. Illud in primis ſtatuimus ut vnū ex uobis habeatis priorē. qui ex vnanimi oīuз aſſenſu uel maioris
⁊ ſanioris partis ad hoc officiū eligat̄. cui obediētiā ꝓmittat quilibet alioꝝ ⁊ ꝓmiſſam ſtudeat opis veritate ſuare
cū caſtitate ⁊ abdicatione ꝓprietatis. ¶ Loca aūt habē poteritis in heremis. uel ubi uobis donata fuerint ad ur̄e 6
religionis obſeruātiā apta ⁊ cōmoda. ſm qđ priori ⁊ frībꝰ videbit̄ expedire. Preterea iuxta ſitū loci quē inhabita
re ꝓpoſueritis. ſinguli ueſtrū ſingulas habeāt cellulas ſepatas. ſicut per diſpoſitionē prioris ipſiꝰ ⁊ de aſſenſu alio
rū fratrū uel ſanioris partis eedē cellule cuiq; fuerint aſſignate. Ita tamē ut in cōmuni refectorio ea que uobis er
rogata fuerint coīter aliquā lectionē ſacre ſcripture audiēdo ubi cōmode poterit obſeruari ſumatis. nec liceat ali
cui fratrū niſi de licētia prioris qui pro tp̄e fuerit deputatū ſibi mutare locū uel cū alio ꝑmutare. Cellula prioris ſit
iuxta introitū loci ut ueniētibus ad eūdem locū primus occurrat ⁊ de arbitrio ⁊ diſpoſitione ipſius poſtmodum
que agēda ſunt cūcta ꝓcedāt. Maneāt ſinguli in cellulis ſuis uel iuxta eas die ac nocte in lege dn̄i meditantes ⁊ in
orōnibus vigilātes niſi alijs iuſtis occaſionibꝰ occupent̄. ¶ Hij qui horas canonicas cū clericis dicere norūt eas 7
dicāt ſm cōſtitutionē ſanctoꝝ patrū. ⁊ eccl̄ie approbatā ꝯſuetudinē. Qui eas nō nouerint: vigintiq̄nque vicibꝰ pa
ter noſter dicāt in nocturnis vigilijs. exceptis dn̄icis ⁊ ſolēnibus diebus. in quoꝝ vigilijs p̄dictū numerum ſtatui
mus duplicari. ut dicat̄ Pater nr̄ vicibus quinq̄ginta. Septies aūt eadē dicat̄ orō in laudibus matutinis. in alijs
quoq; horis ſepties ſilr̄ eadē ſigillatim dicat̄ oratio: p̄ter officia ueſptina. in quibus ipſam quindecies dicere de
beatis. ¶ Nullus fratrū aliquid eſſe ſibi ꝓpriū dicat ſed ſint uobis oīa cōmunia ⁊ diſtribuant̄ vnicuiq; per ma 8
num prioris. id eſt per frēm ab eodē ad idem officiū deputatū. ꝑut cui opus erit inſpectis etatibus ⁊ neceſſitatibꝰ
ſinguloꝝ. Aſinos aūt ſiue mulos ꝑut ueſtra expoſtulauerit neceſſitas uobis habere liceat ⁊ aliqđ aīaliū ſiue uola
tilium nutrimētum. ¶ Oratoriū ꝑut cōmodius fieri poterit. ꝯſtruat̄ in medio cellularū. ubi mane per ſingulos di 9
es ad audiēda miſſarū ſolēnia cōuenire debeatis ubi hoc cōmode fieri pōt. ¶ Dn̄icis quoq; diebus uel alijs ubi 10
opus fuerit de cuſtodia ordinis ⁊ aīarum ſalute tractetis. ubi etiā exceſſus ⁊ culpe fratrum ſique in aliquo dep̄hen
ſe fuerint. charitate media corrigant̄. ¶ Ieiunium ſingulis diebus exceptis dn̄icis obſeruetis a feſto exaltationis 11
ſancte crucis uſq; ad diem dn̄ice reſurrectionis. niſi infirmitas uel debilitas corporis aut alia iuſta cauſa ieiunium
ſolui ſuadeat. q2 neceſſitas non habet legem. ¶ Ab eſu carnium abſtineatis niſi pro infirmitatis uel debilitatis re 12
medio ſumant̄. Et q2 uos oportet frequētius mēdicare itinerātes ne ſitis hoſpitibus oneroſi extra domos ueſtras
ſumere poteritis pulmēta cocta cum carnibus ſed ⁊ carnibus ſupra mare ueſci licebit. ¶ Quia vō tēptatio eſt vi 13
ta hoīs ſup terram. ⁊ oēs qui pie viuere uolūt in chriſto ꝑſecutionem patiunt̄. aduerſarius quoq; ueſter diabolus
tanq̄ leo rugiēs circuit querēs quem deuoret. omni ſolicitudine ſtudeatis indui armatura dei ut poſſitis ſtare ad
uerſus inſidias inimici. Accingēdi ſunt lūbi cingulo caſtitatis. muniēdum eſt pectus cogitationibus ſanctis. Scriptū
eſt enim. Cogitatio ſancta ſeruabit te. Induēda eſt lorica iuſtitie. ut dn̄m deum ueſtrum ex toto corde ⁊ ex tota aīa ⁊
ex tota virtute diligatis ⁊ ꝓximum ueſtrum tanq̄ uos ipſos. Sumēdum eſt in oībus ſcutum fidei. in quo poſſitis
oīa tella nequiſſimi ignea extinguere. Sine fide enim impoſſibile eſt placere deo. Galea quoq; ſalutis capiti impo
nēda eſt ut de ſolo ſaluatore ſperetis ſalutem qui ſaluum facit pplm̄ ſuum a peccatis eoꝝ. Gladius aūt ſpūs qđ eſt
vbum dei abūdāter habitet in ore ⁊ in cordibꝰ ur̄is. ⁊ quecūq; uobis agēda ſunt in vbo dn̄i fiant. ¶ Faciēdum eſt 14
uobis aliqđ opis ut ſemp uos diabolus inueniat occupatos ne ex ocioſitate ur̄a aliquē intrādi aditum ad aīas ue
ſtras ualeat inuenire. habetis in hoc beati pauli apl̄i magiſteriū pariter ⁊ exēplū in cuius ore chriſtꝰ loquebat̄. qui
poſitus eſt ⁊ datus a deo p̄dicator ⁊ doctor gētium in fide ⁊ ueritate quem ſi ſecuti fueritis nō poteritis oberrare.
in labore inquit ⁊ fatigatione fuimus inter uos die ac nocte opantes ne quem ueſtrū grauaremus. non quaſi nos
nō haberemus poteſtatem. ſed ut noſmetipſos formā daremus uobis ad imitādum nos. nam cum eſſemus apud

nos hoc denūciabamus uobis quoniā ſi quis nō vult opari.non māducet.Audiuimus enim inter uos quoſdam
ambulātes in qete nihil opantes.hijs aūt qui huiuſmodi ſunt denūciamus ⁊ obſecramus in dn̄o ieſu chriſto.ut cū
ſilētio opantes.ſuum panem māducēt.hec via ſancta eſt ⁊ bona.ambulate in ea.¶ Cōmēdat aūt apoſtolus ſilēti 15
um cum in eo ꝑcipit operandum.⁊ queadmoduꝫ ꝓpheta teſtat᷑ Cultus iuſtitie ſilētium eſt.⁊ rurſus in ſilētio ⁊ ſpe erit
fortitudo ueſtra.Ideoqꝫ ſtatuimus ut dicto cōplectorio ſilētium teneatis uſqꝫ ad primam dictam ſequētis diei.alio
vo tpe licet ſilētij non habeat obſeruatio tāta.diligētius tamen a multiloquio caueat᷑.quoniam ſicut ſcriptum eſt.⁊
non minus experiētia docet.in multiloquio peccatum non deerit.⁊ qui incōſideratus eſt ad loquēduꝫ.ſentiet mala.
Item qui multis utit᷑ uerbis ledit aīam ſuam.Et dn̄s in euangelio.De omni uerbo ocioſo qđ locuti fuerint hoīes.
reddēt rationem de eo in die iudicij.Faciat ergo vnuſquiſqꝫ ſtateram uerbis ſuis.⁊ frenos rectos ori ſuo.ne forte
labat᷑ ⁊ cadat in lingua ſua.⁊ inſanabilis caſus eius ſit ad mortem.cuſtodiēs cum ꝓpheta vias ſuas.ut non delin
quat in lingua ſua.⁊ ſilētium in quo cultus iuſtitie eſt:diligēter ⁊ caute ſtudeat obſeruare.¶ Tu aūt frater brocarde
⁊ quicūqꝫ poſt te inſtitutus fuerit prior.illud ſemꝑ habeatis in mēte.⁊ ſeruetis in ope.qđ dn̄s ait in euāgelio.qui-
cūqꝫ uoluerit inter uos maior fieri.erit miniſter ueſter.⁊ quicūqꝫ uoluerit inter uos primus eſſe.erit ueſter ſeruus.
Uos quoqꝫ ceteri fratres priorem ueſtrum honorate humiliter chriſtū potius cogitātes.ꝙ ipſum qui poſuit illum
ſuꝑ capita ueſtra.Et eccl'iarum ꝑpoſitis ait.qui uos audit.me audit.qui uos ſpernit.me ſpernit.Ut non ueniatis in
iudicium de cōtēptu.ſed de obediētia mereamini vite eterne mercedem.hec breuiter ſcripſimus uobis . cōuerſatio-
nis ueſtre formulam ſtatuētes.ſcḋm quam viuere debeatis.Si quis aūt ſuperogauerit.ipſe dn̄s cum redierit.reddet
ei.Utat᷑ tn̄ diſcretione que virtutum eſt moderatrix.Actuꝫ lugduni anno dn̄i milleſimo ducēteſimo quadrageſimo
octauo.dn̄i pape innocētij quarti anno quinto kalēdis ſeptēbris.Nulli ergo oīno hoīum liceat hāc paginam nr̄e
cōfirmationis infringere uel ei auſu temerario cōtraire.Si quis aūt hoc attēptare ꝑſumpſerit indignationem oīpo
tētis dei ⁊ beatorum petri ⁊ pauli apl'oꝝ eius ſe nouerit incurſurū.Datum lugduni kalēdis octobris pontificatus
nr̄i anno quinto.Nulli ergo oīno hoīum liceat hāc paginam nr̄e cōfirmationis infringere uel ei auſu temerario cō
traire.Si quis aūt hoc attēptare ꝑſumpſerit indignationem oīpotētis dei ⁊ beatoꝝ petri ⁊ pauli apl'orum eius ſe
nouerit incurſurum.Datum reate kalēdis iulij pontificatus noſtri anno ſecundo.

**Eugenius** Ep̄us ſeruus ſeruorum dei ad ꝑpetuam rei memoriam romani pōtificis ꝓuidētia circūſpe ii
cta nōnunꝙ ea que ad ꝓpagationem religionuꝫ quarūcūqꝫ ⁊ in illis diuinis obſequijs mā
cipatarum ꝑſonarū ꝓſperum ſtatuꝫ cōſeruādum ac aīarum ſalutem earūdem ſalubriter inſtituta fuerāt ſi fructum
non afferāt exoptatum reformat ⁊ moderat᷑.⁊ ut religiones ipſe ꝓſertim a ſede apl'ica approbate in ſuo vigore ꝑ-
durēt ꝓut tēpoꝝ qualitate pēſata in dn̄o ꝓſpicit expedire libēter impēdit ſolicitudinis ſue partes.Sane cum ſicut
nobis pro parte dilectoꝝ filioꝝ ioānis faci magr̄i generalis ⁊ ꝓuincialium ⁊ clauſtralium prioꝝ ⁊ vniuerſorum
fratrum ordinis glo'ioſiſſime dei genitricis ſempqꝫ v̄ginis marie de mōte carmeli nuꝑ fuit expoſitū qđ cum in certis
capitulis regule fratrib⁹ dicti ordinis per bone memorie albertū patriarchā hieroſolimitanū tradite īter cetera ca
ueat᷑ expꝛ'ſſe qđ fr̄es ordinis ꝑdicti ab eſu carniū abſtineāt niſi pro īfirmitatis aut debilitatis remedio ſumant᷑.eiſdē
etiā qđ ſingulis dieb⁹ dn̄icis dūtaxat exceptis a feſto exaltatiōis ſc̄e crucis uſqꝫ ad feſtiuitatē reſurrectiōis dn̄i nr̄i
ieſu chriſti ieiunare teneant᷑.qđqꝫ etiā ſinguli eoꝝ manē debeāt in cellulis ſuis die ac nocte in lege dn̄i meditātes ac
in orōnib⁹ vigilātes ꝑcipit᷑.Et ꝓpterea nōnulli ipſi⁹ ordinis ꝓfeſſores ꝓpter arctitudinē ⁊ rigoroſitatē regule hu
iuſmodi tā ex fragilitate humana ꝙ ex debilitate corpea nequeūtes eādē regulā obſ̄uare diſpēdiū ſue ſalutis icur
rūt.ꝙplures etiā aſpitatē huiuſmodi ꝑtimeſcētes ab igreſſu eiuſdē ordis retrahunt᷑.Nos vo qui ⁊ plātare ſacrā re
ligionē ⁊ plātatā modis oīb⁹ fouē intēſis deſiderijs affectamus.ſuꝑ hoc quātū nobis eſt poſſibile ꝓuidē ſalubri
ter cupiētes ⁊ rigorē huiuſmodi q̄dā tēperie mitigātes ac regulā ipſam moderātes aucte apl'ica tenore pn̄tiū ſtatui-
mus ordinamus ac ꝯcedim⁹ qđ dicti ordis ꝓfeſſores qui nūc ſunt ⁊ qui pro tpe erūt trib⁹ dūtaxat dieb⁹ ſingulaꝝ
ſeptimanarū etiā qb⁹ ut ꝓſert ieiunare iuxta eādē regulā ſunt aſtricti ꝑterꝙ in aduētu ⁊ q̄drageſima ⁊ alijs gn̄aliter
ꝓhibitis dieb⁹ carnib⁹ ueſci.ac horis ꝯgruis in eoꝝ eccl'ijs ⁊ in illarū clauſtris ac per earū ambit⁹ manē ⁊ deambu
lare libere ⁊ licite ualeāt.Decernētes eos ⁊ eoꝝ ſingulos cura ꝑmiſſa ad arctiorē obſ̄uātiā ꝙ ſupra exprimit᷑ occa
ſione ꝓfeſſiōis in dicto ordine emiſſe uel in poſterū emittēde minime teneri.⁊ nihilomin⁹ frib⁹ eiſdē qui regulā ipſaꝫ
ita ut ꝑmittit᷑ moderatā obſ̄uauerint qđ eis in remiſſionē ꝓficiat peccatoꝝ ⁊ oīb⁹ ac ſingulis priuilegijs idulgētijs i
munitatib⁹ libtatib⁹ exēptiōib⁹ ꝓtectiōib⁹ ⁊ ꝓrogatiuis eidē ordini a ſede apl'ica pantea ꝯceſſis uti ⁊ gaudē poſſint
eadē aucte ꝯcedimus per pn̄tes ꝯſtitutionib⁹ apl'icis ac ſtatutis ꝯſuetudinibus ⁊ ꝑdictis ac alijs ordinis ac regule
ꝑdictorum capitulis iuramēto cōfirmatione apl'ica uel alia quauis firmitate uallatis ceteriſqꝫ cōtrarijs non obſtā
tibus quibuſcūqꝫ.⁊ ut fratres ipſi in humilitatis ⁊ paupertatis ſpiritu ac caſtimonia virtutum dn̄o famulantes ad

huiuſmodi mitigatam regulam obſeruãdam feruẽtius aient oibus ⁊ ſingulis fratribus dicti ordinis p̃ntibus ⁊ fu
turis dũtaxat qui regulam ipſam ſicut p̃mittit moderatam deuote obſeruauerint ſeu in obſeruãtia ipſius vixerint
ut ſupiores ipſorum dicti ordinis ꝓfeſſores uel alius quincũq̃ idoneus eiuſdem ordinis ſacerdos oium peccato
rum ſuoꝝ de quibus corde cõtriti ⁊ ore cõfeſſi fuerint ſemel tm̃ in mortis articulo plenam remiſſionem eis in ſince
ritate fidei vnitate ſancte romane eccl'ie ac obediẽtia ⁊ deuotione nr̃a uel ſucceſſoꝝ nr̃orum romanoꝝ pontificum
canonice intrãtium nec non obſeruãtia p̃dicta ꝑſiſtẽtibus auc͞te ap̃lica cõcedere ualeãt deuotioni eorum tenore p̃-
ſentium indulgemus ſic tamẽ qđ ijdem ſupiores de hijs de quibus fuerit alteri ſatiſfactio impẽdẽda eiſdem fratri-
bus per ipſos ſi ſupuixerint uel per alios ſi tũc forte trãſierint faciẽdam iniũgãt quam ipſi fratres teneant facere ut
p̃fert. ⁊ ne qđ abſit ꝓpter huiuſmodi gr̃am p̃dicti fratres reddant ꝓcliuiores ad illicita in poſterũ cõmittẽda uo-
lumus qđ ſi ex cõfidẽtia remiſſionis huiuſmodi p̃dicti fratres aliqua forte cõmitterẽt quo ad illa p̃dicta remiſſio
eis nullatenus ſuffraget. Et inſup qđ per vnum annũ ex quo p̃ſens nr̃a cõceſſio ad eorũdem fratrum pro tp̃e exi-
ſtentium notitiam ꝑuenerit cõputãdum ſingulis ſextis ferijs impedimẽto legitimo ceſſante ieiunet. qđ ſi p̃dictis fe-
rijs ex p̃cepto eccl'ie regulari obſeruãtia iniũcta penitẽtia uoto uel alias ieiunare teneant vna alia die ſingularuꝫ ſe-
ptimanarum eiuſdem anni qua ad ieiunãdum non ſint aſtricti ieiunẽt. ⁊ ſi in dicto anno uel aliqua eius parte eſſent
legitime impediti anno ſequẽti uel alias q̃primum poterũt modo ſimili ſupplere huiuſmodi ieiunium teneant. por
ro ſi forſan alias ꝑlibatum ieiunium in toto uel in parte quãdocũq̃ adimplere cõmode non potuerint eo caſu ſu-
periores ipſorum ieiuniũ ipſum in alia pietatis opa ꝓut aiarum illoꝝ ſaluti viderint expedire cõmutare ualeant
que ipſi pari modo debeãt adimplere. alioquin huiuſmodi nr̃a p̃ſens cõceſſio quo ad nõ obſeruãtes dũtaxat nul
lius ſit roboris uel momẽti. Nulli ergo oino hoium liceat hãc paginam nr̃oꝝ ſtatuti ordinationis ꝯſtitutiõis cõ-
ceſſionis ⁊ uolũtatis ĩfringẽ uel ei auſu temerario ꝯire. Si q̃s aũt hoc attẽptare p̃ſumpſerit indignationẽ oipotẽtis
dei ⁊ beatoꝝ petri ⁊ pauli ap̃loꝝ eius ſe nouerit incurſurũ. Datũ rome apud ſanctũ petrum anno incarnationis
dñice milleſimo quadringẽteſimo trigeſimo primo quinto decimo kl' martij pontificatus nr̃i anno primo.

**Pius** Ep̃us ſuus ſuorum dei dilectis filijs priori generali ⁊ fratrib⁹ ordinis beatiſſime dei genitricis ſem- 12
perq̃ virginis marie de mõte carmeli ſalutem ⁊ ap̃licam beñ. Ad hoc diuina miſeratio in ap̃lica ſede
plenitudinem poteſtatis cõſtituit ut romanus põtifex qui claues a beato petro poteſtatis ⁊ diſcretionis accepit er
ga ſingulos fideles p̃ſertim altiſſimo ſub regulari habitu famulãtes clemẽtia utat ⁊ gr̃a ac in benigniorem inclinã
do ſentẽtiam rigori mãſuetudinem anteponat. Cũ itaq̃ ſicut exhibita nobis nup pro parte ueſtra petitio ꝯtinebat
felicis recordationis eugenius papa. iiij. p̃deceſſor noſter uobis ⁊ alijs eiuſdem ordinis ꝓfeſſoribus qui pro tp̃e
eſſent qđ tribus dũtaxat diebus ſingularũ ſeptimanarũ ſiue ebdomadarum etiam quibus ieiunare iuxta ipſi⁹ ue
ſtri ordinis inſtituta regularia eſſetis aſtricti p̃terq̃ in aduẽtu dñi ⁊ quadrageſima ac alijs generalib⁹ diebus carni
bus ueſci libere ⁊ licite poſſetis gratioſe cõceſſerat. ⁊ ſicut eadem petitio ſubiũgebat a nõnullis eiuſdẽ ordinis ꝓfeſ
ſorib⁹ reuocet in dubium an illis dieb⁹ quib⁹ eſus carnium uobis cõcedit ieiunare teneamini pro eo qđ in cõceſ-
ſione p̃dicta nõ ſolum mitigationem abſtinẽtie ſed ⁊ relaxationem ieiunij petitum fuiſſe cõſpicit quo ſit ut duorum
dierum in ebdomada quibus extra diem dñicũ uobis eſus carniũ indulget huiuſmodi ieiuniũ fuerit relaxatum.
Nos nolẽtes cõſciẽtiarũ ueſtrarũ quieti ⁊ trãquillitati ꝯſulere ⁊ ambiguitatis p̃dicte ſcrupulũ amputare. Qđ tu
dilecte fili prior generalis ⁊ qui pro tp̃e erũt tui in dicto officio ſucceſſores ꝑſonarũ locoꝝ ⁊ tẽpoꝝ qualitate attẽ
ta cum fr̃ibus dicti ordinis iuxta cõſciẽtie tue arbitriũ ſup p̃miſſis diſpẽſare ualeas auc͞te ap̃lica tenore p̃ntium fa
cultatem cõcedimus ac etiam poteſtatẽ. Nulli ergo oino hoium liceat hãc paginam nr̃e uolũtatis ⁊ ꝯceſſionis ĩfrin
gere uel ei auſu temerario ꝯtraire. Si quis autẽ hoc attẽptare p̃ſumpſerit indignationem oipotẽtis dei ⁊ beatoruꝫ
petri ⁊ pauli ap̃lorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum mãtue anno incarnationis dñice milleſimo quadringẽ-
teſimo quinquageſimo noñ decẽbris põtificatus noſtri anno ſecundo.

**Urbanus** Ep̃us ſu⁹ ſuoꝝ dei dilectis filijs gn̄ali ⁊ ceteris priorib⁹ ac fr̃ib⁹ ordis glorioſiſſime dei genitri 13
cis ſemp̃q̃ v̄gis marie de mõte carmeli ſalutẽ ⁊ ap̃licã beñ. Sp̃ali gr̃a ⁊ fauore nos illa de
cauſa dignos potiſſime reputam⁹ qꝛ toto cordis affectu ad hoc itẽditis ut per ſcẽ ꝯuerſatiõis ⁊ vite ſtudiũ in ꝯſpe-
ctu dei ⁊ hoium placeatis. Hinc eſt qđ nos ur̃is ſupplicationib⁹ annuẽtes p̃ntiũ uobis auc͞te ꝯcedimus ut ſi aliqui
chriſti fideles aliqua loca ad ſe ſpectãtia que feudalia ſeu cẽſualia non exiſtãt uobis cõtulerint intuitu pietatis lice-
at uobis de ꝯſenſu dioceſanoꝝ illa recipe ac in eoruꝫ ſingulis eccl'iam aut oratoriũ cum cãpanili ad opus ur̃m cõ-
ſtruere ⁊ inibi diuina officia celebrare necnõ in huiuſmodi cãpanili pro cõuocãdis ueſtris fr̃ibus cãpanam iuxta
eccl'iam uel oratoriũ ipſum cimiteriuꝫ ⁊ liberam ſepulturam habere. canonica iuſtitia ⁊ parochiali iure parochia
lium ⁊ vicinaruꝫ eccleſiarum in oibus ſemper ſaluis. Nulli ergo oino hoium liceat hãc paginam nr̃e conceſſionis

infringere uel ei auſu temerario ꝯtraire. Si quis aūt hoc attēptare p̄ſumpſerit indignationem oīpotētis dei ⁊ beato
rum petri ⁊ pauli aploꝝ eius ſe nouerit incurſurū. Datū viterbij decimo ſexto kl' iunij pōtificatus nr̄i anno primo.

**Joānes** Epus ſeruus ſeruoꝝ dei dilectis filijs generali ⁊ vniuerſis prioribus ⁊ frībus ordinis glioſiſſime 14
dei genitricis ſempꝫ ꝩginis marie de mōte carmeli ſalutē ⁊ aplicā ben̄. Inter ceteros ordines in
agro plātatos eccl'ie ſacrū ueſtrū ordinem claris ſuis exigētibus meritis gerētes in viſceribus charitatis ad ea vi-
gilāter intēdimus ac opem opamꝫ ſolicitā impartimur per que ſtatus eiuſdē ordinis ad diuini nois gl'iam exal-
tationē catholice fidei ⁊ honorē ordinis ſupradicti ꝓſpis ſemꝑ ſucceſſibꝰ affluat trāquillis foueat euētibꝰ ⁊ uoti-
uis ꝓficiat incremētis. Sane pro parte ueſtra fuit in cōciſtorio ꝓpoſitū corā nobis qḋ ordo ueſter cuiꝰ inſtitutio
ꝯciliū gn̄ale p̄ceſſit ab antiquo per ſedē aplicā approbatꝰ in diuerſis mūdi ptibꝰ in ſacra pagina magr̄is bachala-
rijs lectoribꝰ ſcolaribꝰ ⁊ ꝗplurimis ſacerdotibꝰ eruditis ac ſufficiēter inſtructis in p̄dicationis officio vbi dei no-
ſcit reflorere ac in eiſdē ptibus frēs ſufficiētes ⁊ utiles ad irrigādū agrū fideliū rore vbi diuini ⁊ excollēdum eorū
dē fideliū mētes nō ſolū eruditione ſmonis ſed ꝯfeſſionū auditione ⁊ penitētiarū impoſitione ſalutariū exiſtere di-
noſcunt. qḋꝫ a nōnullis p̄latis rectoribꝰ ſacerdotibus ⁊ clericis parochialiū eccliarū per diuerſas orbis ꝓuinci-
as cōſtitutis uobis ſuꝑ p̄miſſis impedimēta p̄ſtant. ⁊ faciēdi p̄dicta licētia uolūtarie denegat. Quare pro parte ue-
ſtra nobis humilr fuit ſupplicatū ut ꝓuidere uobis ſuꝑ hoc de oportuno remedio dignaremur. Nos igit ob ſpālē
dilectionis affectū quē ad ordinē gerimus ſupradictū nolētes uos ſuꝑ p̄miſſis ⁊ alijs ꝓſequi gratioſe urīs ſuppli
cationibꝰ inclinati de fratrū nroꝝ ꝯſilio auctē aplica ꝯſtitutionē que incipit. Suꝑ cathedrā. dudū per pie memorie
bonifaciū papā octauū editā. ⁊ poſtmodū per felicis recordationis clemētē papā. v. p̄deceſſores nros in viennen̄
ꝯcilio innouatā. ſuꝑ p̄dicationibꝰ faciēdis cōfeſſionibus audiēdis iniūgēdis penitētijs abſolutionibꝰ impēdēdis ac
ſepultura ⁊ obuētionibꝰ tam funeraliū ꝗ relictoꝝ datoꝝ ⁊ donatoꝝ ⁊ ceteris alijs in eadē ꝯſtitutione ꝯtētis ſicut
eadē ꝯſtitutio frēs p̄dicatoꝝ ⁊ minoꝝ ordinū de quibꝰ duntaxat ſpecialis habet in ea mētio cōprehēdit ad ordinē
ueſtrū ⁊ frēs ipſius decernimus extēdēdā nolētes etiā ⁊ eadē auctē nihilominus decernētes qḋ p̄fata ꝯſtitutio ſuꝑ
oībus ⁊ ſingulis tam ſuꝑius deſignatis ꝗ alijs quibuſcūꝫ in eadē ꝯſtitutiōe ꝯtētis que oia auctē pn̄tiū fribꝰ urī p̄-
dicti ordinis cōpetere uolumus ſicut per ꝯſtitutionē ipſam eiſdē p̄dicatoribꝰ ⁊ minoribꝰ cōpetunt in uobis ⁊ p̄fati
ueſtri ordinis fribꝰ incōcuſſe ac integralr obſeruet. ita qḋ ꝯſiderata ꝑſonarū ꝗs ad id habueritis idoneas ac cleri
⁊ ppli ꝗtitate eorūdē fratrū quos ad huiuſmodi audiēdarū ꝯfeſſionū officiū elegeritis metiamini nūeruꝫ uobis
infra modū ꝯgruū ꝯtinētes ⁊ nunꝗ in aliquo excedētes. ut ſic moderatione ſuata. nec alios quibꝰ hoc per eādem
ꝯſtitutionē ꝯcedit. ad inuidiā. uel ſcādalū. nec locoꝝ ordinarios quibꝰ frēs ordinis urī a uobis electos pn̄tare de-
bebitis. cōtra uos aliqtenus ꝓuocetis. Nulli ergo oino hoīum liceat hāc paginā nrarū ꝯſtitutionū ⁊ uolūtatū in-
fringere uel ei auſu temerario ꝯire. Si qs aūt hoc attēptare p̄ſūpſerit idignationē oīpotētis dei ⁊ btoꝝ petri ⁊ pau
li aploꝝ eius ſe nouerit icurſurū. Datū auinion̄ vndecimo kl' decebris pōtificatus nr̄i anno vndecimo.

**Calixtus** Epus ſeruus ſeruoꝝ dei ad futurā rei memoriā. Inter cetera que nr̄e paſtorali cure cōpetūt ea 15
ipſa ꝓculdubio eſſe potiſſima decernimus quibꝰ chriſti fideles cūctis ꝓpulſis erroribꝰ immu-
tare fidei ac pacis quiete viuere gloriāꝫ ꝓſequi beatā ꝯſpicimus ſed ⁊ acceptabile deo multū id eſſe non ambigi-
mus quo religioſe ꝑſone chriſto famulātes nr̄e vigilātie miniſteria ac iuſtitie fauore priuilegijs eiſdē a ſancta ſede
aplica matura cum deliberatione cōceſſis nullo colore impediri ſed libere frui intuemur nuꝑ ſi quidē non ſine qua
dam animi diſplicētia ex relatibus plurimoꝝ fide dignoꝝ p̄cepimus qḋ ꝗꝗ felicis recordationis bonifacius pa-
pa. viij. p̄deceſſor nr̄ in ſua que incipit Suꝑ cathedram cōſtitutione ſiue decretali quam poſtmodum pie memorie
clemēs papa. v. etiam p̄deceſſor noſter in cōcilio viēnen̄ innouauit ⁊ que ſubſequēter ad heremitarū ſancti auguſti
ni ⁊ glioſiſſime dei genitricis ſempꝫ ꝩginis marie de mōte carmeli ordinū frēs per ſedem aplicam extēſa fuit. inter
cetera ſtatuerint ⁊ ordinauerint qḋ in ſingulis ciuitatibus ⁊ dioceſ in quibus p̄dicatoꝝ ⁊ minoꝝ ordinū fratrum
loca cōſiſterēt ac in locis ipſis vicinis in quibus loca huiuſmodi non haberent magr̄i ⁊ priores ꝓuinciales p̄di-
catoꝝ aut eoꝝ vicarij generales ac ꝓuinciales miniſtri nec non cuſtodes minoꝝ ordinū p̄dictoꝝ ad pn̄tiam pre
latorum ibidē ſe cōferrēt per ſe uel frēs quos ad hoc idoneos fore putarēt humiliter petituri ut fratres qui ad hoc
forēt electi in eorum ciuitatibus ⁊ dioceſibus cōfeſſiones ſuorum ſubdictoꝝ cōfiteri ſibi uolētium audire libere ua
lerēt ⁊ huiuſmodi cōfitētibus pro ut ſm deum expedire cognoſcerēt penitētias imponere ſalutares ac bn̄ficiuꝫ ab-
ſolutionis impēdere de licētia gr̄a ⁊ bn̄placito eorūdem p̄ſatiꝫ magiſtri priores ac miniſtri ſtuderēt eligere perſo-
nas idoneas ⁊ ſufficiētes vite ꝓbate diſcretas modeſtas atꝫ peritas ad tam ſalubre miniſterium ⁊ officium exe-
quendum quas ſic electas prelatis ipſis preſentarēt uel facerent preſentari ut de illoꝝ licētia gr̄a ⁊ beneplacito ci-
uitatibus ⁊ dioceſibus eorūdem perſone ſic electe huiuſmodi confeſſiones ſibi confiteri uolentium audirent ⁊ eis

īponerēt penitētias ſalutares ac bn̄ficiū abſolutionis impēderēt. ac etiā bone memorie ioānes papa. xxij. ꝑdeceſſoꝛ
nr̄ certos errores dānauerit ⁊ reprobauerit de aſſenſu fratrū ſuoꝝ eccl̄ie romane cardinaliū nec nō celebꝛis recoꝛ-
datiōis eugeniꝯ papa. iiij. et ꝑdeceſſoꝛ nr̄ errores ipſos pro falſis erroneis ⁊ aduerſantibꝯ ſacris canonibꝯ dānatos
reprobatoſqꝫ declarauerit cū q̄buſdā alijs atqꝫ decreuerit ⁊ ſbſequēter pie memorie nicholaꝯ papa. v. ſil'r ꝑdeceſſoꝛ
nr̄ de fratrū ſuoꝝ ꝯcilio de quoꝝ nūero tūc eramꝯ dicti eugenij ꝑdeceſſoris lr̄as in oībꝯ ⁊ ꝑ oīa approbauerit ⁊ ꝯfir-
mauerit, ꝓut in ſingul' eugenij ⁊ nicholai ꝑdeceſſoꝝ lr̄is huiuſmodi pleniꝯ ꝯtinent. q̄rū q̄dē lr̄arū tenoꝛ ſeq̄t ⁊ eſt tal'.

**Nicholaus** Ep̄s ſuꝯ ſuoꝝ dei vniuerſis ⁊ ſingulis uenerabilibꝯ fr̄ibꝯ ꝑ͞triarchis archiep̄is ep̄is ac dile 16
ctis filijs electis ⁊ abbatibꝯ ubilibet ꝯſtitutis ad quos p̄ntes lr̄e ꝑuenerint ſalutē ⁊ apl̄icā
ben̄. Prouiſiōis nr̄e debet ꝓuenire ſbſidio ut ea que a bone memorie ꝑdeceſſoribꝯ nr̄is in religiōis augumētū utilr
geſta ſūt illeſa ꝑmaneāt. ⁊ ab oībꝯ iuiolabil'r obſuent. Hinc eſt q̄ nos tenores q̄rūdā lr̄arū felicis re. eugenij pp̄ q̄r
ti ꝑdeceſſoris nr̄i in ipſiꝯ regiſtro reptos de regiſtro ip̄o de v̄bo ad v̄bū trāſcribi ⁊ p̄ntibꝯ ānotari fecimꝯ q̄ ſūt tales.

4 **Eugenius** Ep̄us ſeruus ſeruoꝝ dei vniuerſis ⁊ ſingulis uenerabilibꝯ fr̄ibꝯ ꝑ͞triarchis archiep̄is ep̄is 17
ac dilectis filijs electis ⁊ abbatibꝯ ubilibet ꝯſtitutis ad quos p̄ntes lr̄e ꝑuenerint ſalutem ⁊
apl̄icā ben̄. Sregis nobis crediti curā gerētes ꝑuigilē ſtudijs efficere conamur aſſiduis ut pro quoꝝ ſalute langoꝛ-
res humanos altiſſimi filius ꝑpeti uoluit fideles execrādis nō inuoluant erroribꝯ ſed nr̄i directione miniſterij pro
ut ſupna gr̄a ꝯtulerit a noxijs ac diſpēdijs iugiter ꝑſeruent. ⁊ ut etiā uos in parte ſolicitudinis uocati pro dictis ex-
tirpādis erroribꝯ opem ⁊ opam ſeruētius impēdatis nos pro iniūcto nobis officio excitamus. Dudū ſiquidē feli
cis re. bonifacius papa. viij. ꝑdeceſſoꝛ nr̄ in ſua que incipit Sup cathedrā cōſtitutione ſiue decretali quā poſtea pie
memorie clemēs papa. v. etiā ꝑdeceſſoꝛ nr̄ in vienē cōcilio inouauit ⁊ que ſubſequēter ad heremitarū ſcī auguſtini
⁊ beate dei genitricis ſempqꝫ v̄ginis marie de mōte carmelo oꝛdinū fr̄es per ſedē apl̄icā extēſa fuit iter cetera ſtatuit
⁊ oꝛdinauit q̄ in ſingulis ciuitatibꝯ ⁊ dioceſibus in q̄bus ꝑdicatoꝝ ⁊ minoꝝ oꝛdinū fratrum loca cōſiſterēt ac in
locis ipſis vicinis in q̄bus huiuſmodi loca nō habent magr̄i ⁊ pꝛiores ꝓuinciales ꝑdicatoꝝ aut eoꝝ vicarij ⁊ ge
nerales ac ꝓuinciales miniſtri nec nō cuſtodes oꝛdinū ꝑdictoꝝ ad p̄ntiā ꝑlatoꝝ ibidē ſe ꝯferrēt per ſe uel per fr̄es
quos ad hoc idoneos fore putarēt humiliter petituri ut fr̄es qui ad hoc electi forēt in eoꝝ ciuitatibꝯ ⁊ dioceſ con
feſſiones ſuoꝝ ſubdictoꝝ cōfiteri ſibi uolētiū audire libere ualerēt: ⁊ huiuſmodi ꝯfitētibus pro ut ſm deum expe-
dire cognoſcerēt penitētias imponē ſalutares ac bn̄ficiū abſolutionis impēdere de licētia gr̄a ⁊ bn̄placito eorūdem
ꝑlatiqꝫ pꝛiores ⁊ miſtri ſtuderēt eligere ꝑſonas idoneas ſufficiētes vite approbate diſcretas modeſtas atqꝫ ꝑitas
ad tam ſalubꝛe miniſteriū ⁊ officiū exequēdū quas ſic electas ꝑlatis ipſis p̄ntarēt uel ꝑſentari facerēt ut de eoꝝ li-
cētia ⁊ bn̄placito in ciuitatibꝯ ⁊ dioceſ eorūdem ꝑſone ſic electe huiuſmodi cōfeſſiones ꝯfiteri ſibi uolētiū audirēt ⁊
eis imponerēt penitētias ſalutares ac bn̄ficiū abſolutionis impēderēt ꝓut in ipſa ꝯſtitutione ſiue decretali plenius
ꝯtinet. ⁊ licet poſtmodū ad pie recoꝛdationis ioānis pape. xxij. etiam ꝑdeceſſoris nr̄i noticiā deducto q̄ quōdam
ioānes de poliaco magiſter in theologia ſequētes articulos tenuerat publiceqꝫ docuerat videlicet q̄ cōfeſſi fratri
bus licētiam generalem cōfeſſiones audiēdi habētibus eadem peccata que cōfeſſi fuerāt iterum ꝓpꝛio ſacerdoti cō
fiteri tenerent ac ſtāte ſtatuto oīs utriuſqꝫ ſexus in cōcilio generali nec deus nec romanus pōtifex facere poſſet q̄
parochiani non tenerent oīa peccata ſua ſemel in anno ꝓpꝛio ſacerdoti. ſ. parochiali curato cōfiteri q̄qꝫ non poſ
ſet papa generalem dare poteſtatē audiēdi cōfeſſiones immo nec deus quin cōfeſſus generalē hn̄ti licētiam tenere
tur eadem iterum ꝓpꝛio ſacerdoti ueluti parochiali curato cōfiteri dictus ioānes ꝑdeceſſoꝛ a uerbis que uas electi
onis ꝓtulit exoꝛdium ſumens habita inde per plures ſacre pagine ꝓfeſſores examinatione diligēti nec non de ue-
nerabilium fratrum ſuoꝝ ſancte ro. eccl̄ie cardinaliū cōſilio ⁊ aſſenſu ꝑfato articulos tanq̄ falſos ⁊ erroneos ⁊ a
ſana doctrina deuios auctoritate apl̄ica dānauerit ⁊ reprobauerit. ipſeqꝫ ioānes de poliaco ueris rationibus opi
nioni quam dudū habuerat cōtrarijs ⁊ quibus rn̄dere non poterat demōſtratis eoſdem articulos nō eſſe ueros
affirmās illos in cōciſtorio publico nec nō ipſoꝝ ioānis pape ⁊ cardinaliū p̄ntia reuocauerit tn̄ ſicuti nuꝑ fratruꝫ
oꝛdinū eorūdem lamētabili querela ad nr̄m non ſine diſplicētia graui ꝑuenit auditū plures eccl̄iaſtice nec non alie
utriuſqꝫ ſexus perſone reprobos ſupſticioſoſqꝫ articulos huiuſmodi amplexātes fideliūqꝫ animos īficere ac eos
ut fratribus oꝛdinum huiuſmodi non confiteātur ⁊ ab illorum deuotione retrahere molientes ne dum predictos
ſed ⁊ alios etiam ſacris canonibus omnino cōtrarios articulos aſtruere publice non uerent videlicet q̄ confeſſio
fratribus ſic electis ⁊ amiſſis facta dubitabilis ſic ⁊ incerta vnde tenentur omnes incertum dimittere ⁊ ſic ſoluꝫ cō
fiteri ſuis ſacerdotibus curam aīaruꝫ habētibus ſub pena peccati moꝛtalis ac q̄uis ipſi fratres admiſſi auctorita-
tem habeāt ꝯfeſſiones audiēdi ⁊ abſoluēdi. tn̄ ad eos accedēdi populus ſubiectus ſine licētia ꝓpꝛij ſacerdotis nō
habet poteſtatē. fr̄es quoqꝫ pꝛiuilegia pro ꝯfeſſionibus audiēdis ⁊ ſepulturis habēdis petētes in peccato moꝛtali

⁊ ro. pōtifices illam mēdicātibus cōcedētes siue cōfirmātes etiā in filii peccato ⁊ excoicati sunt: ac dicti fr̄es mēdicā-
tes nō pastores sed fures ⁊ lupi cēsent. sacerdos aūt curatꝰ mēdicātibus cōfessiones audiēdi licētiā dās magis su-
per isto statuto: oīs utriusqꝫ sexus dispēsat ꝙ papa frībꝰ licētiā tribuēs iuxta formā decretalis antedicte. Nos igit̄
aiarū ⁊ alia que ꝑmissoꝝ articuloꝝ occasione nisi ꝓdeūtes inde cōfutarent̄ errores succedere possent pīcula trepi-
dātes ac illis quātū in nobis fuerit obuiare cupiētes oēs articulos ꝑdictos vna cū uenerabilibꝰ frībꝰ nr̄is scē ro-
mane eccl'ie cardinalibꝰ mature inspeximus ⁊ per diuersos in iure canonico doctores ⁊ sacre pagine ꝓfessores di-
ligēter examinari fecimus. ⁊ qꝛ ꝯtinus illos falsos ⁊ erroneos ac eisdē canonibus aduersos fore repimus. illos
de dictoꝝ fratrū nr̄oꝝ scē ro. eccl'ie cardinaliū cōcilio ⁊ assensu auctoritate ap̄lica pro falsis ⁊ erroneis ⁊ aduersan-
tibus sacris canonibꝰ dānatos reprobatosqꝫ declaramus atqꝫ decernimus. quo circa vniuersitati uestre per ap̄li-
ca scripta mādamus quatenus singuli uestrū quādo sup hijs a quoꝙ ꝑdictoꝝ ordinū ꝑdicatoꝝ minoꝝ augusti-
nēsium ⁊ gl'iosissime dei genitricis sempqꝫ vginis marie de mōte carmeli sup ꝑmissis priuilegiatoꝝ: magr̄o genera-
li ac ꝓuinciali ministro vicario uel alio gerēte officiū fueritis requisiti ad cōfutādos ⁊ reprimēdos ac penitꝰ tollē-
dos huiusmodi errores ꝓut in ꝑfatis decretali siue ꝯstitutione sup cathedrā ac extrauagāte uas electionis ꝯtinet̄
diligēti studio atqꝫ cura ꝓuideatis ac intēdatis ꝑfatasqꝫ cōstitutiones integre seruātes faciatis ab oībꝰ inuiolabi-
liter obseruari. ⁊ si quos forsan huiusmodi dānatos ut ꝑfert̄ articulos aut aliquē seu aliquos eoꝝ ptinaciter asse-
rere uel tenere seu ꝑdicare inuenietis cōtra eos coīter uel diuisim tanꝙ ꝯtra hereticos ⁊ de catholica fide suspectos
ꝓcedere necnō ipsos ⁊ eoꝝ quēlibet iuxta tātoꝝ excessuū qualitatē per cēsurā eccl'iasticā ⁊ alia oportuna iuris re-
media auctoritate ꝑdicta cōpescere studeatis in ꝯtrariū faciētibꝰ nō obstātibus quibuscūqꝫ. Nulli ergo oīno ho-
minū liceat hāc paginā nr̄e declarationis ⁊ ꝯstitutiōis infringere uel ei ausu temerario ꝯtraire. Si quis aūt hoc at-
tēptare ꝑsumpserit indignationē oipotētis dei ⁊ beatoꝝ petri ⁊ pauli ap̄loꝝ eius se nouerit incursurū. Datū rome
apud sanctū petrū anno incarnationis dn̄ice millesimo quadringētesimo quatragesimo sexto septimo decimo kl'.
februarij pōtificatꝰ nr̄i anno sexto decimo. Ceterum ut earūdē litterarū tenores maioris roboris ⁊ efficacie cen-
seant. nos de uenerabiliū fratrū nr̄oꝝ scē ro. eccl'ie cardinaliū cōsilio ⁊ assensu easdē ꝑdecessoris nr̄i lr̄as in oībus
⁊ per oīa innouātes approbamus cōfirmamus ⁊ p̄ntis scripti patrocinio cōmunimus. Nulli ergo oīno hoīum li-
ceat hāc paginā nr̄e innouationis approbationis ꝯfirmationis ⁊ cōmunitionis infringere uel ei ausu temerario cō-
traire. Si quis aūt hoc attēptare ꝑsumpserit indignationē oipotētis dei ⁊ beatoꝝ petri ⁊ pauli ap̄loꝝ eius se no-
uerit incursurū. Datū rome apud sanctū petrū anno icarnationis dn̄ice millesimo quadringētesimo quatragesimo
octauo tertio kl'. iulij pōtificatus nr̄i anno secūdo. Cerūtn̄ dū pridē in vigilia pētecostes ꝓxime ꝑterita ꝑfate lr̄e
nicholai ꝑdecessoris nr̄i uenerabili frī nr̄o ep̄o parisieñ seu in eius ep̄ali curia p̄ntate forēt dilectus filiꝰ gulielmus
riueti pro tūc rector vniuersitatis parisieñ easdē impediri fecit asserēs dicti nicholai ꝑdecessoris lr̄as de falso pluri-
mū suspectas pacis in eadē vniuersitate solēniter iurate ⁊ status ierarchici in eccl'ia sancta dei plurimū turbatiuas
scādalosas ⁊ aduersas iuri cōi sanctionibꝰ sacris ⁊ pragmatice sanctiōi ⁊ q̄ sup illis renūciādo ⁊ illarū reuocato-
ria impetrāda religiosi q̄ttuor ordinū mēdicātiū fuerūt attētius summati q̄ facere renuerāt ⁊ distulerāt per suas
patētes lr̄as vniuersis notū fecit ex causis ꝑmissis ⁊ alijs rōnabilibus de mādato ac speciali ⁊ matura deliberati-
one ⁊ cōclusione dicte vniuersitatis oēs ⁊ singuli illius iurati de dictis q̄ttuor mēdicātiū ordinibꝰ a gremio prefate
vniuersitatis erāt ꝑpetuo priuati nō iurati aūt ab eiusdē vniuersitatis ꝯsortio ⁊ graduū in eadē susceptione siliter
resecati si tn̄ dictis suis obtēperarēt cōclusionibus cū effectu eadē vniuersitas cū eisdē misericorditer agere intēde-
bat ⁊ etiā cū in statutis ⁊ priuilegijs dicte vniuersitatis ⁊ ꝑcipue fe. re. alexādri. iiij. iter cetera ꝯtineri dicat̄: q̄ si for-
te magr̄is ⁊ scolaribꝰ dicte vniuersitatis hospicioꝝ subtrahat̄ taxatio aut eis uel alicui ipsoꝝ iniuria uel excessus
inferent̄ enormes ut pote mortis uel mēbri mutilatio nisi cōgrua monitione ꝑmissa infra quindecim dies foret sa-
tisfactū liceret eisdē magr̄is ⁊ scolaribus usqꝫ ad satisfactionē cōdignā suspēdere lectiones ⁊ si aliquē eoꝝ indebite
incarcerari ꝯtingeret fas esset ipsis nisi monitione ꝑhabita cessaret iniuria statim a lectione cessare q̄qꝫ si pro aliq̄
ex causis in ꝯstitutione pie memorie gregorij pape. viij. cōtētis eadē vniuersitas lectiones duceret suspēdēdas oēs
magr̄i tā regulares ꝙ seculares ipsas suspēdere tenerent̄ eas nisi cū vniuersitate minime resumpturi eueniatqꝫ inter-
dū ut ex causis ꝑmissis ab huiusmodi lectionibus cessatio fiat rector ⁊ vniuersitas religiosos ꝑdictos ut de alijs
taceamus nō solū a lectionibꝰ huiusmodi uerū etiā a ꝑdicationibꝰ vbi dei cessare cōpellūt in sedis ap̄lice irreuerē-
tiā fidei christiane dispēdiū ac pturbationē ꝑdictoꝝ religiosoꝝ nec non malū exēplū ⁊ scādalū plurimoꝝ quare
pro parte dictoꝝ religiosoꝝ nobis humiliter fuit supplicatū ut in ꝑmissis oportune ꝓuidere p̄na diligētia cura-
remus. Nos igit̄ ad quos ex officio nobis cōmisso ptinet in ꝑmissis vigilātie nr̄e curas adhibere sciētes q̄ ꝑdicte
nicholai ꝑdecessoris lr̄e matura cū deliberatiōe ꝓcesserūt: ⁊ q̄ nullo capite reputāde sunt de falsitate aut surrepti-

one uel obreptione ſuſpecte nec ſtatus ierarchici in eccl̃ia dei turbatiue uel ſcandaloſe neqꝫ ſacris canonibus ad/
uerſantes ſed potius cõſone ⁊ ſaluti aïarũ chriſti fideliũ plurimũ ꝓfuture eaſqꝫ de uenerabiliũ fratrũ nr̃orum car
dinaliũ cõſilio ⁊ aſſenſu innouamus cõfirmamus ⁊ approbamus ſerie cũ p̃ñti mãdãtes illas ac oïa ⁊ ſingula in
eis nec nõ eugenij p̃deceſſoris lr̃is huiuſmodi ꝯtẽta ſub excoïcatiõis ⁊ alijs diuerſis ſentẽtijs cẽſuris ⁊ penis firmi
ter obſeruari q̃d qꝫ idẽ rector p̃fatos quattuor ordinũ mẽdicãtiũ fr̃es pro eo q̃d determinationibꝰ ſacro ſancte ro.
eccl̃ie in materia fidei renũciare noluerũt reſecatos atqꝫ priuatos ut p̃fert̃ notificauit ſtatutuꝫ quoqꝫ ⁊ priuilegium
alexãdri.iiij.huiuſmodi ſolũ de ceſſatione a lectionibus ⁊ nõ a p̃dicationibꝰ mẽtionẽ facit huiuſmodi ſupplicatio/
nibus inclinati ne tã celebres ordines quoꝝ p̃clara ſuppoſita illã vniuerſitatẽ frãcieqꝫ regnũ ac vniuerſalẽ eccleſiã
ſuis doctrinis ⁊ exẽplis decorauerũt atqꝫ decorãt tã ſubito tãqꝫ repẽte fuerint ab eadem vniuerſitate remaneãt ⁊
ſint ⁊ cẽſeant̃ quoquomodo reſecati quinimo ibidem ꝑpetuo vigeãt ⁊ notabilia mẽbra facultatis ſacre theologie
fuerint ⁊ exiſtãt priuationẽ reſecationẽ ⁊ lr̃as rectoris huiuſmodi ac in eis cõtẽta ⁊ inde ſecuta quecũqꝫ de dictoꝝ
fratrũ nr̃oꝝ ꝯſilio ⁊ aſſenſu auc̃te apl̃ica ⁊ ex certa ſciẽtia tenore p̃ñtiũ reuocamus caſſamus irritamus ⁊ annulla
mus ac nullius roboris uel momẽti fuiſſe ⁊ eſſe decernimus ipſoſqꝫ q̃ttuor ordinũ mẽdicãtiũ fr̃es in priſtinuꝫ ⁊ in
eũ ſtatũ in quo ante notificationẽ priuationẽ ⁊ reſecationẽ p̃dictas exiſtebãt reſtituimus ⁊ reponimus eoſqꝫ in ali
quo caſuũ niſi hoc in ipſis litteris alexãdri ⁊ ſtatutis antedictis caueat̃ exp̃ſſe ad ceſſandum a p̃dicationibus ṽbi
dei nec ad id per rectorẽ pro tp̃e dicte vniuerſitatis ſeu quẽcũqꝫ aliuꝫ aut alios cõpelli poſſe declaramus. Sed ip/
ſos q̃ttuor ordinũ mẽdicantiũ fr̃es tã iuratos ꝙ nõ iuratos ⁊ alios p̃latos doctores ⁊ rectores eccl̃iarũ ad quos
ſpectat ṽbũ dei in ſuis eccl̃ijs ⁊ alijs locis ubi fuerint requiſiti p̃dicare libere ⁊ licite poſſe ⁊ debere in oĩbus ⁊ per
oĩa tanꝙ ac ſi huiuſmodi ceſſatio non foret in caſibus antedictis. ⁊ ita litteras alexãdri ⁊ ſtatuta huiuſmodi ut iuri
ꝯſona debẽ itelligi declaramus nihilominꝰ oĩbꝰ ⁊ ſingulis fr̃ibꝰ q̃ttuor ordinũ mẽdicãtiũ p̃dictoꝝ qui in dicta vni
uerſitate debitos ⁊ ꝯſuetos curſus in theologia incepint continuauerint ⁊ ꝑfecerint ⁊ in futurum incipiẽt continua/
bunt ⁊ perficiẽt durãte huiuſmodi aut ſimili reſecatione ut licẽtie gradus ⁊ doctoratus inſignia cancellarius dicte
vniuerſitatis pro tẽpore ut moris eſt ſibi impẽdat ⁊ ſi forſan idem cãcellarius ad id requiſitꝰ gradus licẽtie ⁊ ma/
giſterij iſignia eis impẽdere cõtradiceret: ex tũc liceat antiquiori mag̃ro in theologia p̃dictoꝝ q̃ttuor ordinũ mẽdi
cãtiũ uel vni ad hoc deputato ab eorũdẽ q̃ttuor ordinũ mag̃ris illis qui dictos curſus ꝑfecerint gradus ⁊ iſignia
huiuſmodi ꝓut ſeruatis al̃s ſolẽnitatibus ⁊ examine cõſuetis meruerũt abſqꝫ alicuiꝰ ſp̃ũalis uel tp̃alis pene incur
ſu libere ipẽdere q̃dqꝫ fr̃es ſic per eoſdẽ mag̃ros ꝓmoti oĩbꝰ ⁊ ſingulis priuilegijs gratijs ⁊ libertatibꝰ exẽptioni
bus indultis ⁊ imunitatibꝰ gaudeãt ⁊ utant̃ ac uti ⁊ gaudẽ poſſint ſicuti illi quibꝰ idẽ cãcellarius huiuſmodi gra/
dus ⁊ iſignia iuxta ſtatuta ⁊ ꝯſuetudines dicte vniuerſitatis impẽdit in oĩbꝰ ⁊ per oĩa ꝑinde ac ſi gradus ⁊ iſignia
p̃dicta ab eodẽ cãcellario cepiſſent eadẽ auc̃te cõcedimus pariter ⁊ idulgemus. Preterea q2 p̃textu priuilegioꝝ di
cte vniuerſitatis occaſione ſeu ex cauſis p̃dictis quidã fr̃es ordinũ p̃dictoꝝ citati fuerũt atqꝫ moleſtati durãte hu/
iuſmodi reſecatione p̃fato ⁊ pro tp̃e exiſtẽti rectori ꝯſeruatoribꝰ nec nõ mag̃ris ⁊ ſcolaribꝰ dicte vniuerſitatis in ṽ
tute ſancte obediẽtie ⁊ ſub excoïcatiõis pena late ſentẽtie a qua niſi in mortis articulo per aliũ ꝙ per ro. põtificem
abſolui nõ poſſint ſi ſecus egerint ꝓmulgamus ne p̃textu ſupradictoꝝ priuilegioꝝ occaſione ſeu ex cauſa predi/
ctis ipſos fr̃es uel aliquẽ ipſoꝝ niſi apud ſedẽ apl̃icã dũtaxat directe uel indirecte ſeu alio quouis queſito colore
per ſe uel aliũ ſeu alios tã ſuꝑ reſecatiõe a p̃dicatiõis ceſſatione ꝙ gradus impẽſione ꝙ al̃s occaſiõe ſeu ex cauſa in
p̃dictis moleſtare uexare ſeu ꝑturbare p̃ſumãt eadẽ auc̃te diſtrictius inhibemus decernẽtes ex tũc irritũ ⁊ inane ſi
ſecus ſuꝑ hijs a quoꝙ quauis auc̃te ſciẽter uel ignorãter ꝯtigerit attẽptari. Nulli ergo oĩno hoĩum liceat hãc pagi/
nam nr̃oꝝ innouationis ꝯfirmationis approbationis mãdati reuocationis caſſationis irritationis annullatio/
nis conſtitutionis reſtitutionis repoſitionis declarationis ꝯceſſionis indulti ꝓmulgationis inhibitionis ⁊ decre/
ti infringere uel ei auſu temerario cõtraire. Si quis aũt hoc attẽptare preſumpſerit indignationem omnipotentis
dei ⁊ beatorum petri ⁊ pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datuꝫ rome apud ſanctum petrum anno
incarnationis dñice milleſimo q̃dragẽteſimo quinquageſimo ſexto decimo kl̃. aprilis põtificatus nr̃i anno ſecũdo.

**Alexander** Ep̃us ſeruus ſeruoꝝ dei dilectis filijs generali ⁊ ꝓuincialibus prioribus ⁊ fr̃ibꝰ heremi 18
tis ordinis glorioſiſſime dei genitricis ſempqꝫ ṽginis marie de monte carmeli ſalutem ⁊
apl̃icam beñ. Deuotionis ueſtre precibus inclinati miniſtrãdi eccl̃iaſtica ſacramẽta familiaribus ueſtris: ac traden
di eos ſepulture eccleſiaſtice cum deceſſerint uobis auctoritate preſentium ſine alieni iuris preiudicio concedimus
facultatem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre conceſſionis infringere uel ei auſu temera/
rio contraire. Si quis autem hoc attẽptare preſumpſerit indignationem omnipotẽtis dei ⁊ beatorum petri ⁊ pau
li apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datuꝫ laterañ quinto nonas marcij põtificatus noſtri anno ſecundo.

**Urbanus** Epũs ſeruus ſeruoꝝ dei dilectis filijs generali ac ceteris prioribus ⁊ fratribus p̃ſbyteris 19
ordinis glorioſiſſime dei genitricis ſempq̃ʒ virginis marie de mõte carmeli ſalutẽ ⁊ aplicam
beñ. Uobis ad hoc tota mẽte ſolicitis ut eterno regi per vite religioſe ſtudiũ placeatis que aiarum ſalutem paritu
ra credimus benigno fauore cõcedere debemus. Hinc eſt q̃ꝺ nos ueſtris ſupplicationibus annuẽtes p̃ntiũ uobis
auc̃te cõcedimus. ut cõfratrum ⁊ familiariũ ueſtroꝝ ac alioꝝ chriſti fideliũ cauſa deuotionis ad uos recurrẽtiuʒ
de ſuoꝝ licẽtia p̃latoꝝ cõfeſſiones audire ⁊ eis pro cõmiſſis penitẽtiã ſalutarẽ iniũgere ualeatis. niſi forte talia cõ
miſerint ꝓpter que ſedes aplica ſit merito ꝯſulẽda. Nulli ergo oĩno hoĩum liceat hãc paginã nr̃e ꝯceſſionis infrin
gere uel ei auſu temerario cõtraire. Si quis aũt hoc attẽptare p̃ſumpſerit indignationẽ oĩpotẽtis dei ⁊ beatorum
petri ⁊ pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum viterbij idus maij pontificatus noſtri anno primo.

**Eugenius** Epũs ſeruus ſeruoꝝ dei ad futurã rei memoriã ſacre religionis ſub qua dilecti filij ioãnis 20
faci prioꝛ generalis ac vniuerſi fr̃es ordinis fratrũ glorioſiſſime dei genitricis ſempq̃ʒ virgi
nis marie de mõte carmeli ſalutẽ ⁊ aplicã beñ. Mũdanis illecebris abiectis deuotũ ⁊ ſedulũ exhibẽt altiſſimo fa
mulatũ ꝓmeret honeſtas ut illa fauore eis beniuolo cõcedamus per que fr̃es ipſi cõſciẽtie pacem ⁊ aĩe ſalutem
deo ꝓpitio facilius ꝯſequant. Hinc eſt q̃ꝺ nos deuotis p̃fati generalis in hac parte ſupplicationibus inclinati ei
dẽ ac quibuſcũq̃ʒ ſucceſſoribꝰ ſuis pro tp̃e exiſtẽtibꝰ generalibus prioribꝰ nec nõ ab eo uel eis ad id pro tp̃e depu
tãdis vicarijs ꝓuincialibꝰ prioribꝰ ac fr̃ibus ordinis p̃dicti in cõfeſſionibus audiẽdis abſolutionibus impẽden
dis ⁊ penitẽtijs iniũgẽdis alijſq̃ʒ ſalutẽ aiarũ dũtaxat cõcernẽtibus exequẽdis oĩum ⁊ ſinguloꝝ dicti ordinis fra
trum p̃ntiũ ⁊ futuroꝝ eãdem ⁊ talem poteſtatẽ ⁊ facultatẽ qualẽ in p̃miſſis minores penitẽtiarij nr̃i in romana cu
ria p̃ntes ex officio h̃nt ⁊ exercẽt auc̃te aplica tenore p̃ntiũ de ſpeciali gr̃a ꝯcedimus atq̃ʒ damus. Nulli ergo oĩno
hoĩum liceat hãc paginã nr̃e ꝯceſſionis ⁊ dationis infringere uel ei auſu temerario ꝯtraire. Si quis aũt hoc attẽ
ptare p̃ſumpſerit indignationem oĩpotẽtis dei ⁊ beatoꝝ petri ⁊ pauli aploꝝ eius ſe nouerit incurſurũ. Datum flo
rẽtie anno icarnationis dñice milleſimo quadringẽteſimo triceſimo q̃nto ſeptimo kl. maij. põtificatꝰ nr̃i anno q̃nto.

**Clemens** Epũs ſ̃uus ſ̃uoꝝ dei dilectis filijs generali ⁊ ceteris prioribꝰ ac fr̃ibus ſacri ordinis glorioſiſſi 21
me dei genitricis ſempq̃ʒ v̄ginis marie de mõte carmeli ſalutẽ ⁊ aplicã beñ. Neceſſitatibus ue
ſtris p̃no cõpatiẽtes affectu. ut de hijs que uobis in ornamẽtis uel pro eis libris fabrica luminaribus anniuerſa
rio ſeptimo viceſimo triceſimo ſiue alijs ad ꝑpetuum cultũ diuinũ ſeu pro pitantijs aut victu ad ſuſtẽtationem ue
ſtrã uel indumẽtis aut calciamẽtis ueſtris pietatis intuitu errogant uel legant in ultima uolũtate nec nõ pro an
nuis cẽſibus redimẽdis ad quoꝝ ſolutionẽ alique domus p̃dicti ordinis obligate noſcunt nulli canonicã iuſtitiã
ſeu portionẽ aliquã ſoluere teneamini. dũmodo p̃miſſa nõ ꝯuertant in uſus alios. ſed in illos dũtaxat pro quibꝰ
relinquunt. auc̃te uobis p̃ntium q̃diu ſine poſſeſſionibus extra ſepta monaſteriorum ſitis ⁊ in paupertate vixeritis
indulgemus. diſtrictius inhibẽtes ne quis a uobis uel ultimarum executoribus uolũtatum ſeu decedẽtium heredi
bus de p̃miſſis aliquid exigere uel extorquere p̃ſumat. Nulli ergo oĩno hoĩuʒ liceat hãc paginã nr̃e ꝯceſſionis ⁊ in
hibitionis infringere uel ei auſu temerario cõtraire. Si quis aũt hoc attẽptare p̃ſumpſerit idignationẽ oĩpotẽtis dei
⁊ beatoꝝ petri ⁊ pauli aploꝝ eius ſe nouerit incurſurũ. Datuʒ peruſij non̄ auguſti põtificatus noſtri anno primo.

**Nicholaus** Epũs ſ̃uus ſeruoꝝ dei dilectis filijs vniuerſis prioribus ⁊ cõuẽtibꝰ fratrũ ordinis glo 22
riſſime dei genitricis ſempq̃ʒ v̄ginis marie de mõte carmeli ſalutẽ ⁊ aplicã beñ. Inter cetera
nr̃e ſolicitudinis ſtudia id ꝓpẽſioribus curis ꝓſequimur ut nr̃e ꝓuiſionis ope religioſe pſone deo ſeruire deſiderã
tes a ſingulis quibus eoꝝ poſſet ſeruitiũ impediri oneribus ſubleuent eiſq̃ʒ neceſſarioꝝ copia non deſit in ſeculo
quibus celeſtia ꝑparant. Hinc q̃ꝺ nos ueſtris deuotis ſupplicationibꝰ inclinati uobis ⁊ dicto ordini ueſtro ꝑpetuo
cõcedimus ut de illis que uobis pro fabrica eccliarũ ⁊ ꝯuẽtuũ ueſtroꝝ eccliaſticis ornamẽtis luminaribꝰ anniuer
ſarijs ſeptimo viceſimo triceſimo ac alijs diuinis cultibꝰ pitãtijs indumẽtis calciamẽtis emendis celebrãdis ⁊ ha
bẽdis in eiſdẽ nec non annuis cẽſibꝰ redimẽdis ad quoꝝ ſolutionẽ alique domus p̃dic̃aq̃ʒ cum ortis ⁊ alijs locis
ordinis eiuſdẽ obligate noſcunt per chriſti fideles elemoſina pietatis intuitu ſiue in funeralibꝰ oblationibꝰ ſepultu
ris ultimis uolũtatibꝰ legatis aut alias quoquomodo etiã abſolute iam errogate ſunt ⁊ in poſterũ forſan errogẽ
tur bonis ⁊ etiã abſolute elargient nulli canonicã portionẽ aliquã teneamini exhibere aut ad id ualeatis coartari.
⁊ ne q̃s a uobis uel ultimarũ executoribꝰ uolũtatũ ſeu decedẽtiũ heredibꝰ de p̃miſſis bonis aliq̃d extorquẽ uel exi
gere p̃ſumat diſtrictiꝰ ihibemus nõ obſtãtibꝰ pie memorie clemẽtis pape q̃nti p̃deceſſoris nr̃i in ꝯcilio vienẽ edita
que icipit Dudũ ⁊ alijs cõſtitutionibꝰ ⁊ ordinationibꝰ nec nõ priuilegijs ⁊ cõceſſionibꝰ aplicis in genẽ uel in ſpecie
q̃buſuis pſonis eccl̃ijs ſeu locis ſub q̃cũq̃ʒ forma aut expſſione v̄boꝝ ꝯceſſis. etiã ſi de illis p̃ntibꝰ h̃nda foret men
tio ſp̃alis per que p̃ntibꝰ nõ expſſa aut totaliter de v̄bo ad v̄bũ nõ iſerta eoꝝ in toto uel in p̃te effectꝰ ualeat aliq̃liẽ

impediri ceteriſq; ↄtrarijs quibuſcūq;. nos enim ex nūc irritū decernimus ⁊ inane ſi ſecus ſup hijs a quoq; quauis auctoritate ſciēter uel ignorāter cōtingerit attēptari. Nulli ergo oīno hoīum liceat hāc paginam nr̄e ↄceſſionis inhibitionis ⁊ cōſtitutionis infringere uel ei auſu temerario ↄtraire. Si quis aūt hoc attēptare p̄ſumpſerit indignationē oīpotētis dei ⁊ beatoꝝ petri ⁊ pauli apl̄oꝝ eius ſe nouerit incurſurum. Datum rome apud ſanctū petrum anno incarnationis dn̄ice milleſimo quadringēteſimo quatrageſimo nono decimo kl̄ marcij pontificatus nr̄i anno tertio.

**Innocentius** Ep̄us ſuus ſuoꝝ dei dilectis filijs priori gn̄ali ⁊ frib⁹ ordinis glīoſiſſime dei genitricis ſemp̄q; v̄ginis marie de mōte carmeli ſalutē ⁊ aplicā beñ. Prouiſionis nr̄e debet ꝓuenire ſubſidio ut ius ſuū cuilibet ↄſeruet. Hinc eſt q̄ð nos tenorē qrūdā lr̄arū felicis re. clemētis pp. vj. p̄deceſſoris nr̄i in regiſtro ipſi⁹ p̄deceſſoris reptū pro eo q̄ð ſicut ur̄a petitio nobis nup exhibita ↄtinebat p̄dicte originales lr̄e caſualr̄ ſunt amiſſe de regiſtro ipſo de v̄bo ad v̄bū ad ur̄e petitiōis iſtātiā p̄ntib⁹ annotari fecim⁹ q̄ tal̄ eſt. 23
Clemēs ep̄s ſuus ſuoꝝ dei uenerabilib⁹ frib⁹ archiep̄is ⁊ ep̄is ⁊ alijs eccl̄iarū p̄latis ⁊ rectorib⁹ ubilibet cōſtitutis ſalutē ⁊ aplicā beñ. Dilectos filios priorē gn̄alē ⁊ fr̄es ordinis glīoſiſſime dei genitricis ſemp̄q; v̄ginis marie de mōte carmeli ſuis exigētib⁹ meritis ⁊ ſtudijs fructuoſis bonoꝝ opum eorūdē p̄ne dilectiōis plenitudine ꝓſequētes libēter eos ad hijs que p̄nt eis afferre dāna uel grauamina p̄ſeruam⁹. Sane dictoꝝ prioꝝ ⁊ fratrū petitio nobis nup exhibita ↄtinebat q̄ð nōnulli ex uobis a dilectis filijs priorib⁹ ⁊ frib⁹ domoꝝ ⁊ locoꝝ eiuſdē ordinis de hijs que creſcūt īfra loca huiuſmodi nitimini exigē decias ⁊ ēt extorquē ac ſi magnas poſſeſſiones hērēt ⁊ priuilegiati nō eſſent. Quare p̄fati prior gn̄alis ⁊ fr̄es nobis humil̄r ſupplicarūt ut ꝓuidē ipſis ſup hijs de oportuno remedio dignaremur. Nos itaq; huiuſmodi ſupplicationib⁹ iclinati vniuerſitati ur̄e per aplica ſcripta mādam⁹ q̄tenus de hijs que creſcūt īfra ſepta murata locoꝝ ipſi⁹ ordis que ipſi ordo ⁊ fr̄es iuſte nūc poſſidēt ſeu in poſterum obtinebūt decimas petē aut exigē nullaten⁹ p̄ſumatis ↄcūq; ↄſtitutiōe aplica in ↄrīu edita nō obſtañ. Datū apud villā nouā auinioneñ dioceſ decimo kl̄ ſeptēbris pōtificat⁹ nr̄i anno prīo. Ceterū ut earūdē lr̄arū tenor p̄dict⁹ ſit iſert⁹ oīmodā rei ſeu facti certitudinē faciat aplica aucte decernim⁹ ut illud idē robur eāq; vim eūdēq; vigorē dictus tenor per oīa hēat que hērēt originales lr̄e ſupradicte ⁊ eadē ꝓrſus eidē tenori fides adhibeat̄ q̄ñcūq; ⁊ ubicūq; ſiue in iudicio uel alibi fuerit exhibit⁹ uel oſtēſus ⁊ eidē ſtaret̄ firmiter in oīb⁹ ſicut eiſdē originalib⁹ lr̄is ſtaret̄ ſi forēt exhibite uel oſtēſe. p hoc aūt nullū ius de nouo uob̄ acqri uolum⁹ ſed antiquū ſi q̄ð hētis tm̄mō ↄſuari. Nulli ergo oīno hoīum liceat hāc paginam ↄſtitutionis ⁊ uolūtatis infringere uel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attēptare p̄ſumpſerit indignationem oīpotētis dei ⁊ beatorum petri ⁊ pauli apl̄orū eius ſe nouerit incurſurum. Datum auinioñ ſexto kl̄ iunij pontificatus noſtri anno decimo.

**Clemens** Ep̄us ſu⁹ ſuoꝝ dei dilectis filijs gn̄ali ⁊ ꝓuincialib⁹ priorib⁹ ⁊ frib⁹ vniuerſis ordis glīoſiſſime dei genitricis ſemp̄q; v̄ginis marie de mōte carmeli ſalutē ⁊ aplicā beñ. Sp̄ali gr̄a ⁊ fauore uos illa de cauſa dignos potiſſime reputam⁹ q2 ſicut accepimus toto cordis affectu ad hoc ſemp itēditis ut per ſcē ↄuerſatiōis ⁊ vite ſtudiū in ↄſpectu dei ⁊ hoīum placeatis. Hinc eſt q̄ð nos ur̄is ſupplicatiōib⁹ grato ↄcurrētes aſſenſu p̄ſonas ur̄as ⁊ loca in q̄b⁹ diuino eſtis obſeq̄o mācipati cū oīb⁹ bonis que in p̄ntiarū obtinēt aut in futurū iuſtis modis p̄ſtāte dn̄o poterūt adipiſci ſub bt̄i petri ⁊ nr̄a ꝓtectiōe ſuſcipim⁹. ſp̄aliter aūt loca iſta eccl̄ias domos oratoria ortos ⁊ alia bona ur̄a ſicut ea oīa iuſte ac pacifice poſſidetis uobis ⁊ per uos ordini ur̄o ad iſtar felicis re. alexādri pape p̄deceſſoris nr̄i aucte aplica ↄfirmam⁹ ⁊ p̄ntis ſcripti patrocinio cōmunim⁹ diſtricti⁹ inhibētes ut nullus de ortis v̄gultis ur̄is ad ur̄os uſus ꝓprios deputatis que ꝓprijs manib⁹ aut ſumptib⁹ colitis decimas a uobis exigere uel extorquere p̄ſumat. Nulli ergo oīno hoīum liceat hāc paginam nr̄e ↄfirmationis ⁊ inhibitionis infringere uel ei auſu temerario ↄtraire. Si q̄s aūt hoc attēptare p̄ſumpſerit indignationem oīpotētis dei ⁊ beatoꝝ petri ⁊ pauli apl̄oꝝ eius ſe nouerit incurſurū. Datū peruſij ſexto kl̄. octobris pōtificatus nr̄i anno primo. 24

**Joānes** Ep̄s ſu⁹ ſuoꝝ dei dilectis filijs gn̄ali ac vniuerſis priorib⁹ ⁊ frib⁹ ordinis glīoſiſſime dei genitricis ſemp̄q; v̄ginis marie de mōte carmelo ſalutē ⁊ aplicā beñ. Sacre religiōis in qua v̄tutū dn̄o deuotū ⁊ ſedulū exhibetis obſequiū ꝓmeret̄ honeſtas ut quo ſtudioſi⁹ diuina ↄtēplatione uacatis eo libēti⁹ ꝓuidere ur̄e q̄eti p̄na diligētia ſtudeam⁹ pro pte ſiq̄dē ur̄a fuit expoſitū corā nobis q̄ð lȝ felicis re. alexāder pp. iiij. p̄deceſſor nr̄ duxerit ihibēdū ne aliq̄ religioſi ꝓfeſſos ur̄m ordinē abſq; prioris gn̄alis ipſi⁹ ur̄i ordis qui tūc erat ⁊ qui pro tpe foret petita licētia ⁊ obtēta recipent ad aliquē ordinē eorūdē pro ut in lr̄is p̄dicti p̄deceſſoris ſup hoc cōfectis pleni⁹ ↄtinet̄. Quia tñ p̄dicatoꝝ minoꝝ ⁊ heremitarū ſcī auguſtini ordinū fr̄es plerūq; ꝓfeſſores eiuſdē ueſtri ordinis abſq; p̄deceſſoꝝ tuoꝝ prioꝝ gn̄aliū dicti ur̄i ordinis uel tua fili prior gn̄alis licētia ad eorūdē ordines receput. iter uos ⁊ eoſdē p̄dicatoꝝ minoꝝ ⁊ heremitarū ſcī auguſtini ordinū fr̄es fuerint ↄtētiōes ⁊ iurgia ſuſcitata itēdētes igit̄ ur̄e ipſorūq; ordinū fratrū ꝓuidē q̄eti paci ↄſulē. ac huiuſmodi ↄtētionib⁹ ac iurgijs obuiare ueſtris 25

in hac pte deuotis ſupplicatiōib⁹ iclinati de fratrū nroꝝ ꝯſilio ꝓuidim⁹.ihibitionē inouare huiuſmodi ⁊ penarū ad
miniculis adiuuare.aucte igit̄ pn̄tiū diſtricti⁹ ihibem⁹ ne deinceps dictoꝝ p̄dicatoꝝ minoꝝ ⁊ hēmitarū ſci auguſti
ni ordinū fr̄es p̄fatū ordinē urm̄ ꝓfeſſos ad eoꝝ ordinē ſeu ordines recipiāt uel in eis retineāt ſine tua p̄dicte prior
gnālis uel tuoꝝ ſucceſſoꝝ prioꝝ gnāliū dicti urī ordinis qui pro tpe fuerit petita licētia ⁊ obtēta:ſtatuētes aucte p̄
dicta ꝙ receptio:⁊ retētio huiuſmodi:eo ipſo iurib⁹ nō ſubſiſtāt:⁊ talis recipiēs uel retinēs quolibet officio:uel ad
miſtratiōe ſui ordinis ſit ipſo facto priuat⁹:ac ihabilis ad qđ vis offm̄:uel quā vis admiſtrationē:i huiuſmodi ſuo
ordine in poſterū obtinēdū:ac ēt obtinēdā.qđq₃ p̄libati p̄dicatoꝝ minoꝝ ⁊ hēmitarū ſci auguſtini ordinū fr̄es ad
reqſitionē tui p̄fate prior uel prioris ꝓuincialis ipſi⁹ ordis urī illi⁹ ꝓuincie in qua idē recept⁹ tūc fuerit.uel prioris
loci dicti urī ordis cui⁹ q̄dē loci ipſe recept⁹ ꝯuētualis extiterat.ſeu illi⁹ cui prior ꝓuincialis uel prior huiuſmodi lo
ci ſepe fati urī ordis id duxerat cōmittēdū.eūdē ſic receptū illi ex eis eū talr̄ reqrēti ſine difficultate aliq reſtituē tene
ant:illū ſic reſtitutū ex tūc nullaten⁹ recepturi.Nō obſtātib⁹ qbuſcūq₃ priuilegijs:lr̄is:⁊ idulgētijs aplicis ꝯcꝭſ.eiſ
dē p̄dicatoꝝ minoꝝ ⁊ hēmitarū ſci auguſtini ordinū frib⁹ ſeu ipſis ordinib⁹ uel qbuſuis alijs coiter uel diuiſim ſb
qcūq₃ forma uel exp̄ſſiōe v̄boꝝ ꝯceſſis:ſeu qbuſcūq₃ ꝯſtitutionib⁹ a p̄deceſſorib⁹ nr̄is romañ pōtificib⁹ in ꝯriū edi
tis:de qb⁹ quorūq₃ totis tenorib⁹ oportēt plenā ⁊ exp̄ſſam fieri in pn̄tib⁹ mētionē.Nulli ergo oino hoium liceat
hāc paginā nr̄e ihibitiōis ⁊ ſtatuti infringē uel ei auſu temerario ꝯire.Si qs aūt hoc attēptare p̄ſūpſ’it idignationē
oipotētis dei ⁊ btōꝝ petri ⁊ pauli aploꝝ ei⁹ ſe nouerit icurſurū.Datū auinioñ.viij.id augusti pōtificat⁹ nr̄i āno.vj.

**Urbanus** Ep̄us ſu⁹ ſuoꝝ dei dilectis filijs priori gnāli ⁊ frib⁹ ordis glioſiſſime dei genitricis ſempq₃ 26
v̄ginis marie de mōte carmeli ſalutē ⁊ aplicā beñ.Prouiſionis urē debet ꝓuenire ſubſidio.
ut ius ſuū cuilibet ſuet illeſuꝫ.Hinc eſt qđ nos tenorē cuiuſdā cōſtitutionis fe.re.bn̄dicti pp̄.xij.p̄deceſſoris nr̄i in re
giſtro ipſi⁹ p̄deceſſoris reptū pro eo ſicut ur̄a petitio nobis nup exhibita ꝯtiebat.Uos ⁊ ordo ur̄ btē dei genitricis
ſempq₃ v̄ginis marie de mōte carmeli eadē ꝯſtitutione idigē noſcimini de regiſtro ipō de v̄bo ad v̄bū trāſcribi ⁊ ad
urē ſupplicatiōis iſtātiā pn̄tib⁹ annotari fecim⁹:qui eſt talis.Bn̄dict⁹ ep̄s ſu⁹ ſuoꝝ dei ad ꝑpetuā rei memoriā
regularē vitā ꝓfeſſis ſic expedit ſbtrahi oēm inqetudinis ⁊ turbatiōis materiā.qđ in ꝯtēplatiōis ſuauitate qeſcē ua
leāt:⁊ trāquillū dn̄o reddē famulatū.Cū igit̄ ex eo qđ ꝓfeſſores ordinū mēdicātiū ad monachoꝝ nigroꝝ:⁊ ciſter
cieñ ordines ꝯſueuerūt plerūq₃ trāſire multas in dictis ordinib⁹ turbationes:iſeſtatiōes:moleſtias:dāna:⁊ ſcāda
la ꝓueniſſe experiētia doceat maniſeſte.Nos hijs ex debito paſtoralis officij ꝓfuturo tp̄e occurrē cupiētes.de ꝯſi
lio fratrū nr̄oꝝ decernim⁹.ne qs cuiuſuis ordis mēdicātiū ꝓfeſſor ad aliquē duoꝝ ordinū quō trāſire ualeat ſine
romañ pōtificis licētia ſpāli plenā ⁊ exp̄ſſam faciēte de ꝯſtitutiōe huiuſmodi mētionē.Nō obſtātib⁹ priuilegijs apli
cis qbuſcūq₃ ꝯceſſis in ꝯriū dictis ordinib⁹ mēdicātiū:ſeu ipſoꝝ p̄latis:aut aliqb⁹ eorūdē:que quo ad hoc nullius
ex nūc fore decernim⁹ firmitatis.Nulli ergo oino hoium liceat hāc paginā nr̄e ꝯſtitutionis iſringē uel ei auſu teme
rario ꝯire.Si qs aūt hoc attēptare p̄ſūpſerit idignationē oipotētis dei ⁊ beatoꝝ petri ⁊ pauli aploꝝ ei⁹ ſe nouerit
icurſurū.Datū auinioñ qrto noñ iulij.pōtificat⁹ nr̄i anno p̄rio.Ceterū ut eiuſdē ꝯſtitutiōis tenor ſic iſert⁹ oimodā
rei ſeu facti certitudinē faciat aplica aucte decernim⁹.ut illud idē robur:eādēq₃ vim:eū deniq₃ vigorē:dict⁹ tenor p
oia hēat:que hērēt originales lr̄e dicti p̄deceſſoris ſi apperēt ſup eadē ꝯſtitutiōe ꝯfecte:⁊ eadē ꝓrſus eidē tenori fi
des adhibeat:qñcūq₃ ⁊ ubicūq₃ ſiue in iudicio:uel alibi ubi fuerit exhibit⁹ uel oſtēſus.⁊ eidē ſtet firmiter in oib⁹ ſi
cut eiſdē originalib⁹ lr̄is ſtaret ſi forēt exhibite:uel oſtēſe.Nulli ergo oino hoium liceat hāc paginā nr̄e ꝯſtitutiōis ⁊
uolūtatis iſringē uel ei auſu temerario ꝯtraire.Si qs aūt hoc attēptare p̄ſumpſerit idignationē oipotētis dei ⁊ bea
toꝝ petri ⁊ pauli aploꝝ eius ſe nouerit incurſurū.Datum luce vndecimo kl̄ ſeptēbris pōtificat⁹ nr̄i anno decimo.

**Nicholaus** Ep̄s ſu⁹ ſuoꝝ dei ad futurā rei memoriā.Romañ geſta pōtificū illa p̄ſertim per que re 27
ligioſis euagādi matia p̄cludat̄ receſeri ꝯuenit:ut illa oib⁹ inoteſcāt.Hinc eſt qđ nos teno
rē ꝯſtitutiōis fe.re.martini pp̄.v.p̄deceſſoris nr̄i per eū dudū edite:⁊ ſucceſſiue per pie memorie eugeniū papā.iiij.ēt
p̄deceſſorē nr̄m inouate.⁊ per nos poſtea ꝯfirmate:⁊ in qterno cācellarie aplice de ipſi⁹ mādato deſcrite ad dilecti
filij pauli de ſicilia ordis fratrū glioſiſſime dei genitricis ſempq₃ v̄ginis marie de mōte carmeli:⁊ ſacre theologie ꝓ
feſſoris eiuſdē ordinis in romañ curia ꝓcuratoris gnālis de ipſo tenore idigē aſſerētis ſupplicatiōis inſtātiam de
quaterno ipſo extrahi:⁊ pn̄tib⁹ per quas illi plenam fidē adhibēdā ac ei in iudicio ⁊ extra ubicūq₃ exhibit⁹ fuerit
uel oſtēſus in oib⁹ ⁊ p oia ſtādū fore decernim⁹.ut notioni cuilibet relinquat̄:annotari fecim⁹:qui ſequit̄ in hec v̄ba.

**Martinus** Ep̄us ſu⁹ ſuoꝝ dei ad futurā rei memoriā.Uiā ambitioſe cupiditatis religioſis potiſſime 28
mēdicātib⁹ p̄cludē cupiētes.ad alios ordines p̄ſertim monaſticos fugatis tn̄ colorib⁹ aſſe
rētib⁹ ob frugē melioris vite:aut artioris obſeruātie tā ſci bn̄dicti:ꝙ ciſtercieñ:camalduleñ:uallisumbroſe:canoni
coꝝ regulariū ſci auguſtini:uel alioꝝ monaſticoꝝ ordinum ꝯuolare nitētibus:licētiā a ſede aplica:ſeu legatis:aut

nūcijs eiuſdē ſedis de trāſferēdo ſe a mēdicātiū ordinibꝰ:ea rōne ꝑſertim.ut viſilr aut facti expiētia docet.eſt putā-
duʒ qđ liberius degāt:dignitateſqꝫ ⁊ bñficia monaſtica ꝯſequi ualeāt:ut ex certis alijs cauſis honeſtati nō cōſonis
obtinētibꝰ:ac uolētes ꝯſeruationi ordinū mēdicātiū ēt ꝓuidē.aucte aplica ex certa ſciētia:tenore pñtiū declaramꝰ:
ac decernimꝰ ſtatuētes qđ decetero nullus religioſus de ordinibꝰ mēdicātiū quorūcūqꝫ cuiuſcūqꝫ ſtatꝰ ꝯditiōis uel
religionis exiſtat.quōcūqꝫ aut q̄litercūqꝫ poſſit uel debeat vtute cuiuſcūqꝫ licētie:aut idulti aplici:ſeu penitētiarie nr̄e
curā gerētis:aut alia quauis aucte hactenus etiā per bullas aplicas facultatū q̄rūuis tā legatoꝝ ⁊ nuncioꝝ ſedis
aplice nec nō penitētiarie huiuſmodi pro tpe curā gerētis ꝗ alioꝝ quorūcūqꝫ ſub quauis ꝑtāte aut aucte maxime
de trāſferēdis frībꝰ.aut aliq̄bꝰ ꝑſertim ordinū mēdicātiū ꝓfeſſoribꝰ in genē uel in ſpecie ab ordinibꝰ huiuſmodi mē
dicātiū ad monaſticos ſub q̄cūqꝫ vboꝝ ꝯtēptione appeāt admitti:aut recipi per aliquos ēt ſupiores ordīs uel mo
naſterij aut loci monaſtici ſeu aľs in monachū uel in frēm alicuꝰ ex ordinibꝰ monaſticis ꝑdictis uel alijs exꝑſſis ⁊
nō exꝑſſis (ordine cartuſieñ dūtaxat excepto )ſub pena excoicationis in quā tā recipiētes ꝗ recepti ipſo facto incur-
rāt.⁊ quā ex nūc ꝓut ex tūc ꝯtra quēlibet trāſgreſſorē quōlibet in ꝑmiſſis ſciētia ⁊ aucte ꝑfatis ꝓferimꝰ in hijs ſcri
ptis.⁊ a nemine niſi dūtaxat a romañ pōtifice ꝑterꝗ in mortis articulo excoicati huiuſmodi abſolutionis bñficiuʒ
poſſint quōlibet obtinē.Et nihilominꝰ ſecꝰ uel aľr facta nō teneāt:⁊ nulliꝰ exiſtāt efficacie roboris uel momēti.De-
cernētes ēt ⁊ uolētes qđ ſi q̄s hactenus vtute cuiuſuis licētie ſeu idulti huiuſmodi fuiſſet receptꝰ ad aliquē ordinem
monaſticū ⁊ habitū ꝯſuetū geſtari per monachos talis ordis ſuſcepiſſet.ſiue ꝓfeſſionē emiſerit:ſiue nō.ſub dicta pe
na teneat̄.in monaſterio in quo receptꝰ fuit.etiā ſi bñficia eccľiaſtica ſeu rectorias eccľiarū q̄rū ius obtineat ſtare in
eiꝰ totali uocatione in huiuſmodi ordine monaſtico ⁊ altiſſimo deſuire.Si q̄s aūt ꝑtextu huiuſmodi licētie cū ha-
bitu uel ſine quōlibet uagādo icederet.monitione ꝑuia teneat̄ ⁊ debeat ifra terminū q̄ndecim dierū a die monitiōis
huiuſmodi cōputādoꝝ ad eiꝰ religionē:⁊ ordinē:vñ cū licētia uel ſine receſſerat remeare.qđ ſi efficē neglexerit.poſt
ipſum terminū tanꝗ notoriꝰ apoſtata ⁊ excoicatꝰ in oībꝰ ⁊ per oīa debeat per quēlibet reputari:⁊ tractari.etiā per
īuocationē auxilij brachij ſecularis quotiēs fuerit oportunū.Jn futurū aūt nullus ex ꝓfeſſoribꝰ alicuꝰ ex ordinibꝰ
mēdicātiū huiuſmodi ad aliquē monaſticuʒ ordinē cartuſieñ dūtaxat excepto poſſit aut debeat per quēcūqꝫ recipi
uel admitti vtute alicuꝰ licētie uel idulti abſqꝫ ſedis eiuſdē licētia ſpeciali ſub dictis penis.Et nihilominꝰ ſecus facta
nō teneāt ipſo iure huiuſmodi licētijs ⁊ indultis nec nō ꝯſtitutionibꝰ aplicis ⁊ mēdicātiū ordinū ꝑdictoꝝ etiā ſi de
hijs ſpālis ⁊ exꝑſſa aut de vbo ad vbū in nr̄is lr̄is mētio hñda foret.⁊ alijs ꝯrijs nō obſtātibꝰ q̄buſcūqꝫ.Nulli er
go oīno hoīum liceat hāc paginā nr̄oꝝ declarationis decreti ſtatuti ꝓlationis ⁊ uolūtatis īfringē uel ei auſu teme-
rario ꝯire.Si q̄s aūt hoc attēptare ꝑſumpſerit idignationē oīpotentis dei ⁊ beatoꝝ petri ⁊ pauli apľorum eius ſe
nouerit incurſurum.Datū Sebeñ q̄rto kľ auguſti pōtificatꝰ nr̄i anno primo.Nulli ergo oīno hoīum liceat hāc pagi
nā nr̄e cōſtitutionis infringē uel ei auſu temerario ꝯtraire.Si quis aūt hoc attēptare ꝑſumpſerit indignationē oīpo
tētis dei ⁊ beatoꝝ petri ⁊ pauli apľoꝝ eius ſe nouerit incurſurum.Datum rome apud ſanctū petrum anno incar-
nationis dñice milleſimo quadringēteſimo quinꝗgeſimo quarto tertio kľ auguſti pontificatus noſtri anno octauo.

**Alexander** Epus ſuꝰ ſuoꝝ dei dilectis filijs gn̄āli:⁊ vniuerſis prioribꝰ ꝓuincialibꝰ:⁊ fribꝰ ordinis 29
glioſiſſime dei genitricis ſempqꝫ vginis marie de mōte carmeli:ſalutē ⁊ aplicā beñ.Quieti
nr̄e ꝓuidē uolētes.aucte pñtiū diſtrictiꝰ ihibemus ne aliqui religioſi ꝓfeſſores ordinis paris arctitudinis uel mino
ris ad aliquē de fribꝰ ordinis nr̄i ꝓfeſſum ꝑſumāt recipe ſine tua fili prior gn̄ālis ſpāli licētia ⁊ ꝯſenſu:⁊ ſi forſan ali
quē aliter recepint.illū uobis reſtituē teneant̄.Nulli ergo oīno hoīum liceat hāc paginam nr̄e inhibitionis infringe
re uel ei auſu temerario ꝯtraire.Si quis aūt hoc attēptare ꝑſumpſerit indignationem oīpotētis dei ⁊ beatorum pe
tri ⁊ pauli apľorum eius ſe nouerit incurſurum.Datum anagnie iđ februarij pōtificatus nr̄i anno quinto.

**Joānes** Epus ſuꝰ ſuoꝝ dei dilectis filijs priori gn̄āli ⁊ fribꝰ ordinis glioſiſſime dei genitricis ſempqꝫ v- 30
ginis marie de mōte carmeli ſalutē ⁊ aplicā beñ.Merita nr̄e religionis in qua vtutuʒ dño milita-
tis:expoſcūt.ut nos pīna beniuolētia ꝓſequētes nr̄is fauorabilr annuamꝰ ꝑcibꝰ:⁊ neceſſitatibꝰ ꝯſulamus.Sane
pro pte nr̄a fuit nobis humilr ſupplicatū.ut cū plerūqꝫ ꝯtingat qđ locoꝝ ordinarij ſeu dioceſani in locis que iuſte
⁊ pacifice obtinetis.cimiteria nr̄a bñdicē:⁊ ꝯſecrare idebite ꝯdicūt.prouidē uobis ſup hoc pīna diligētia curaremꝰ.
Nos igit̄ nr̄is ſupplicationibꝰ iclinati ut in q̄buſcūqꝫ locis que nūc obtinetis:⁊ in poſterū iuſto titulo dāte dño ob
tinebitis.ſi locoꝝ ipſoꝝ ordinarij a uobis ſup hoc humilr req̄ſiti noluerint:aut recuſauerint indebite cimiteria nr̄a
bñdicē ſeu etiā ꝯſecrare:poſſitis huiuſmodi cimiteria per aliquē antiſtitē grām ⁊ coīonē aplice ſedis hñtē quotiēs
opꝰ fuerit facē bñdici ⁊ ēt ꝯſecrari.Jdēqꝫ antiſtes huiuſmodi cimiteria aucte aplica bñdicē ⁊ ꝯſecrare ualeat ſine iu-
ris ꝑiudicio alicui deuotiōi nr̄e tenore pñtiū idulgemꝰ.Nulli ergo oīno hoīum liceat hāc paginā nr̄e ꝯceſſiōis īfrin-
gere uel ei auſu temerario ꝯire.Si q̄s aūt hoc attēptare ꝑſūpſerit indignationē oīpotētis dei ⁊ beatoꝝ petri ⁊ pauli

apł'orum eius ſe nouerit incurſurum. Datum auiniõ̃ octauo id' ianuarÿ pontificatus noſtri anno quinto decimo.

**Joãnes** Epus ſu⁹ ſuo℞ dei Dilecto priori gñali ordinis fratrũ glioſiſſime dei genitricis ſempꝙ v̇ginis marie de mõte carmeli ſalutẽ ⁊ aplicã beñ. Religionis tue ſinceritas ꝓmeret: ut te ⁊ ordinem tuum 31
aplice benignitatis gr̃a ꝓſequẽtes: petitiões tuas quãtũ cũ deo poſſumus ad exauditiõis gr̃am admittam⁹. Tuis itaqꝫ ſupplicationib⁹ iclinati ut fr̃es tui ordinis de tui ſeu prio℞ ſuo℞ ꝓuincialiũ licẽtia a quocũqꝫ maluerint catholico archiepo: uel epo gr̃am: ⁊ coiõnẽ aplice ſedis hñte: oẽs tã minores q̃ ſacros ordines ſtatutis a iure tp̃ib⁹ recipe ualeãt. Tibi ⁊ eiſdẽ priorib⁹ pñtãdi ac eiſdẽ frib⁹ recipiẽdi dictoꝙ archiepo uel epo cõferẽdi dictos ordines q̃cũqꝫ ꝯſtitutione in ɔ̃riũ edita nõ obſtañ aucte pñtiũ idulgem⁹. Nulli ergo oino hoium liceat hãc paginã nr̃e cõceſſionis infringẽ uel ei auſu temerario ɔ̃ire. Si qs aũt hoc attẽptare p̃ſumpſerit idignationẽ oipotẽtis dei ⁊ beato℞ petri ⁊ pauli apł'orum eius ſe nouerit incurſurum. Datum auiniõ̃ quinto kł' aprilis põtificatus noſtri anno ſeptimo.

**Clemens** Epus ſuus ſuo℞ dei Dilectis filÿs gñali alÿſqꝫ ꝓuincialib⁹ priorib⁹ ac vniuerſis frib⁹ ordinis glioſiſſime dei genitricis ſempꝙ v̇ginis marie de mõte carmeli ſalutẽ ⁊ aplicã beñ. Statũ religionis uř̃e trãquillũ ⁊ ꝓſperũ affectãtes ad ea libẽter intẽdimus. ex qb⁹ materia ſubmota grauaminis: q̃etis ⁊ pacis uobis cõmodũ ꝓcuret. Hinc eſt q̃ nos uř̃is ſupplicationib⁹ iclinati aucte aplica inhibem⁹. queãdmodũ pro nonnullis alÿs religioſis de ordinib⁹ mẽdicãtib⁹ per aplicã ſedẽ inhibitũ fore dinoſcit: ne aliqui religioſi de p̃dictis ordinib⁹ mẽdicãtib⁹ ecclias ſeu queuis loca de nouo edificare ſeu cõſtruẽ aut per alios ꝯſtructa uel edificata de nouo recipe: aut inhabitare iuxta loca uř̃i ordinis ĩfra ſpatiũ cẽtũ q̃draginta cãnarũ mẽſurãdarũ etiã per aera ubi al's recte nõ ꝑmitteret loci diſpoſitio mẽſurari quoquomodo p̃ſumãt. Decernẽtes ſi ſecus actũ fuerit irritũ ⁊ inane. Nulli ergo oino hoium liceat hãc paginam nr̃e inhibitionis ⁊ ꝯſtitutionis infringere: uel ei auſu temerario ꝯtraire. Si qs aũt hoc attẽptare p̃ſumpſerit indignationẽ oipotẽtis dei ⁊ beato℞ petri ⁊ pauli apło℞ eius ſe nouerit incurſurum. Datum in prioratu de grauſello ꝓpe malauſanam uaſioñ dioceſ̃ noñ nouẽbris põtificatus nr̃i anno quarto. 32

**Pius** Epus ſuus ſuo℞ dei Dilectis filÿs gñali ⁊ vniuerſis ꝓuincialib⁹ prioribus ordinis fratrũ glioſiſſime dei genitricis ſempꝙ v̇ginis marie de mõte carmeli ſalutẽ ⁊ aplicã beñ. Põtificalis auctas nos admonet ut regulariũ exceſſus p̃ſonarũ que pre ceteris caſtius ⁊ honeſtius ex uoto ꝓfeſſionis viuẽ ſunt aſtricte: eo diligẽtius puniamus. quo eo℞ culpe remanẽt dãnabilius icorrecte: ⁊ ab alÿs trahunt facilius in exẽplũ. Cũ itaqꝫ ſicut accepimus nõnulli uř̃i ordinis ꝓfeſſores ſuo℞ ſtat⁹ ⁊ ſalutis imemores exceſſus cõmittẽ: ac regularib⁹ dicti ordinis inſtitutis que iuxta eo℞ ꝓfeſſiones efficaciter ſeruare ꝑmiſerũt obuiare: nec nõ domo℞ dicti ordinis in quib⁹ degũt reformationi ⁊ ad ſtatũ priſtinũ reductioni per nos faciẽde nõ ſolũ ɔ̃dicere minime uereant. uerũ etiam pro ſue rebellionis defenſione parẽtes: amicos: ⁊ etiã laicales p̃ſonas: ⁊ dños tp̃ales adire: eoſqꝫ ad ſue obſtinationis ⁊ tergiuerſatiõis fauorẽ cõmouẽ: ipſorũqꝫ p̃ſidia flagitare p̃ſumũt. ꝓpter que ac huiuſmodi inordinatos fauores: qb⁹ illi ⁊ nõnulli alÿ eos min⁹ debite ꝓſequunt ipſos punire ⁊ emẽdare neq̃tis: ac domo℞ earũdẽ ⁊ in eius degẽtium p̃ſonarũ reformatio retardat ac exceſſus remanẽt incorrecti. Nos quo℞ itereſt ſup hÿs de oportuno remedio ꝓuidẽ. diſcretioni uř̃e pñtiũ tenore cõmittimus: ⁊ mãdam⁹ q̃ten⁹ iuxta cõceſſam uobis a dño gr̃am: ⁊ officio℞ ueſtro℞ exigẽtiã oẽs ⁊ ſingulos dicti ordinis ꝓfeſſores iuxta ſancto℞ patrũ: ⁊ uř̃a regularia iſtituta in vita ⁊ moribus reformare: ac regulari diſcipline ſubdẽ: ⁊ ad meliorẽ vitã reducẽ ꝓcuretis. ita q̃ per uř̃e laudabilis diligentie ſtudiũ in dicto uř̃o ordine regularis diſciplina: ⁊ vite caſtimonia laudabilr̃ obſeruent. ac in eo deuote ſolicitudinis ſtudio bñdicat altiſſim⁹. ⁊ odor bone fame p̃ſonarũ illius utilr̃ diffundat. Et ne q̃ abſit puerſo℞ eorũdem ꝓteruitas qui p̃nã ⁊ p̃ficua nr̃a correctiones ⁊ monita ſubire recuſant. in ſue ꝓfeſſionis trãſgreſſione dãnabilr̃ p̃ſeuerãt: aut ſatore zinzanie ⁊ hoſte humani generis ꝓcurãte in deteri⁹ ꝓlabant: ⁊ eo℞ ipunitas trahi poſſit ab alÿs in exẽplũ. vniuerſos ⁊ ſingulos p̃triarchas: archiepos: epos: ac ceteros loco℞ ordinarios: nec nõ duces: marchiones: comites: barones: ſeneſcallos: iudiciarios poteſtates: capitãneos: ceteroſqꝫ dños tp̃ales: ⁊ eo℞ loca teneñ vniuerſitates quoqꝫ ⁊ coitates ciuitatũ: terrarũ: caſtro℞: ⁊ alio℞ quorũcũqꝫ loco℞ rogamus: req̃rimus: ⁊ hortamur attẽte: ſubditis vo nr̃is iniũgimus ⁊ mãdam⁹ q̃tenus pro tã ſaluberrimi opis cõplemẽto uobis efficacie fauoris ⁊ adiumẽti p̃ſidio quotiẽs oportunũ fuerit: ⁊ pro nr̃i p̃te fuerint req̃ſiti aſſiſtãt: ⁊ fauores p̃beãt oportunos. Ita q̃ uos ⁊ ueſtrũ q̃libet quoſcũqꝫ icorrigibiles: diſcolos: ⁊ delinquẽtes ipſius uř̃i ordinis ꝓfeſſores punire corrigẽ ⁊ iuxta ſuam ꝓfeſſionẽ vitã ducẽ cõpellẽ ualeatis. Ceterũ ut optata ipſi⁹ ordinis illiuſqꝫ domo℞ ⁊ p̃ſonarum reformatio abſqꝫ alicui⁹ impedimẽti aut obſtaculi machinatione ſuccedat. vniuerſis ⁊ ſingulis tã ꝓfeſſorib⁹ p̃dictis q̃ alÿs quibuſcũqꝫ eccliaſticis: ⁊ ſecularib⁹ p̃ſonis cuiuſcũqꝫ dignitatis: ſtat⁹: gradus: ordinis: uel ꝯditionis exiſtãt. diſtricti⁹ inhibem⁹ ne reformationi domo℞: aut p̃ſonarũ ordinis ãndicti quouis queſito colore ſe opponẽ: aut illã impedire p̃ſumãt. ſub excoicationis pena. quã ſi ſecus fecerint eos a p̃miſſis reſcipuerint cũ effectu abſolui nequeant. p̃ter q̃ in 33

moꝛtis articulo cõſtituti. Nõ obſtãte ſi aliqbꝰ a ſede aplica idultũ exiſtat qđ interdici ſuſpẽdi uel excõmunicari non poſſint per lraſ aplicas nõ facietes plenam ⁊ expꝛſſam ac de vbo ad vbũ de indulto huiuſmodi mẽtionẽ. Datũ mã tue anno icarnationis dñice milleſimo q̃dringẽteſimo q̃nq̃geſimo nono non̄ decẽbꝛis põtificatus nr̃i anno ſecũdo.

**Paulus** Epũs ſuus ſuoꝝ dei ad futurã rei memoriã: Circa quorũlibet regulariũ oꝛdinuꝫ ꝓfeſſores eo 34
diligẽtiꝰ laboramꝰ: quo ſecũdius illoꝝ religionẽ fructũ videmꝰ afferre ſalubꝛiorẽ: eoſq; poſſe ex nr̃is iſtitutis laudabiliꝰ ꝓficẽ iugiter incremẽtis. Sane pꝛo pte dilecti filij ioãnis ſoreth pꝛioris gnãlis oꝛdinis fratrũ glioſiſſime dei genitricis ſempq; vginis marie de mõte carmeli nobis nup exhibita petitio ꝯtinebat. qđ olim ne in ipſo oꝛdine ſciſſurã aliquã pullulare ꝯtingeret. ⁊ ut ſribꝰ dicti oꝛdinis ſub artiori obſeruãtia regule etiã per ſe. re. eugeniũ papã. iiij. ꝑdeceſſorẽ nr̃m mitigate altiſſimo famulãtibꝰ fauoꝛ debitꝰ impẽderet: ⁊ ut q̃tiꝰ abiecto oĩ timore humano id efficẽ poſſent. ⁊ in vnitate frñe charitatis in ꝑmiſſa obediẽtia ꝑmanerẽt. in q̃buſdã gnãlibꝰ ⁊ ꝓuincialibꝰ in ipſo oꝛdine celebꝛatis caplis ꝓmouẽte dicto gnãli iter cetera ſtatutũ extitit. ut pꝛiores ꝓuinciales: aut ꝓuinciale caplm nõ poſſent pꝛo libito eiſdẽ ꝓficẽ pꝛiores uel etiã ammouẽ ſine eoꝝ cõſenſu ſed quos elegiſſent ꝯfirmare fr̃es. etiã eoꝝ abſq; pꝛioris ⁊ fratrũ aſſenſu extra ponẽ ſiue alios ꝑter eoꝝ cõſenſum ipſoꝝ adiũgẽ neq̃rẽt ꝯſoꝛtio. qđ q̃dẽ ſtatutũ ⁊ nõnulla alia tũc expꝛſſa per pie memorie calixtũ. iij. cõfirmata ſunt: nec nõ per piũ. ij. romañ põtifices ſilr̃ ꝑdeceſſores nr̃os etiã deſup adiectũ. ne q̃s ſub excoicationis late ſentẽtie pena refoꝛmationẽ ꝯuẽtuũ dicti oꝛdinis ipediret. aut ſe illi opponeret quouis queſito colore. a qua q̃dẽ ſentẽtia abſolutionẽ niſi reſpicerent ſedi aplice dũtaxat ꝑterq̃ in moꝛtis articulo reſeruauit. Quare pꝛo pte dicti gnãlis nobis fuit humilr̃ ſupplicatũ. ut ſtatuto ⁊ alijs ꝑmiſſis pꝛo eoꝝ ſubſiſtẽtia firmiori robur aplice ꝯfirmationis adijcẽ. ac al's ſup hijs opoꝛtune ꝓuidẽ de benignitate aplica dignaremur. Nos igit̃ qui dicti oꝛdinis ſtatũ ꝓſperũ ⁊ trãquillũ p̃ño zelamus affectu: huiuſmodi ſupplicationibꝰ iclinati ſtatutũ ꝑdictũ ratũ hñtes ⁊ gratũ illud ꝓut in lr̃is calixti ⁊ pij ꝑdeceſſoꝝ huiuſmodi ꝯtinet̃: aucte aplica tenore p̃ntiũ cõfirmamꝰ: ⁊ appꝛobamꝰ: ac plenũ robur obtinẽ decernimus. adijciẽtes nihilominꝰ ad ꝑmiſſa qđ nullus ꝓuincialis ꝯuẽtꝰ dicti oꝛdinis refoꝛmatos poſſit per vicariũ viſitare niſi talẽ cõuẽtus ipſi req̃rãt ſed ꝑſonalr̃ teneat̃ eos viſitare cũ ſocio qui fuerit ꝑſeuerãs in vita cõſimili. Jtẽ qđ pꝛo coibꝰ expẽſis oꝛdinis ꝯuẽtꝰ hactenus refoꝛmati aut etiã qui in poſterũ refoꝛmabunt̃ ultra ſummã ꝯſuetã quã antea ꝑſoluebãt taxari uel cõpelli nõ poſſint uolẽteſq; ⁊ diſtrictiꝰ iniũgẽtes qđ oĩs pꝛioꝛ tã in ꝯuẽtibꝰ refoꝛmatis ꝑdictis quã decetero refoꝛmãdis ꝓmittat tã cõfirmãti q̃ ꝯuẽtui in quo recipiet̃ fidelr̃. obſeruare ⁊ obſeruari facẽ regulã ſaltẽ ſm ipſius eugenij ꝑdeceſſoris mitigationẽ ut ꝑmiſſum eſt ſi vo in hoc deſes ſeu negligẽs notabilr̃ reptus fuerit ꝓioꝛ gnãlis ſeu ꝓuincialis teneat̃ eũ abſoluẽ ſub penis ⁊ cẽſuris ꝯtra impediẽtes refoꝛmationẽ ut ſupꝛa dicit̃ latis. Ceterum ut ꝓuinciales ad plãtãdã in dicti oꝛdinis ꝯuẽtibꝰ ſuiſq; ꝓuincijs cõfouẽdãq; regularẽ obſeruãtiã per ampliꝰ aient̃ uolumꝰ ut ꝯuentus quos iã refoꝛmarũt aut in poſterũ refoꝛmabũt ſub eoꝝ obediẽtia ſeruatis ꝑmiſſis cõditionibꝰ ꝑſeruare debeant nec vicarius cuiuſcũq; hoc impedire ꝑſumat nõ obſtañ cõſtitutionibꝰ ⁊ oꝛdinationibꝰ ac dicto oꝛdini ⁊ illius ꝓfeſſoribꝰ per ſedẽ aplicã ſub quauis vboꝝ foꝛma ꝯceſſis pꝛiuilegijs idultis ⁊ lr̃is aplicis etiã ſi de illis ⁊ eoꝝ totis tenoribꝰ de vbo ad vbũ ſpãlis ⁊ expꝛſſa mẽtio foret hñda ſtatutis quoq; ⁊ ꝯſuetudinibꝰ dicti oꝛdinis iuramẽto cõfirmatione aplica uel quauis firmitate alia roboratis ceteriſq; ꝯrijs q̃buſcũq;. Nulli ergo oĩno hoĩum liceat hãc paginã nr̃e inhibitionis cõfirmationis appꝛobationis cõſtitutionis adiectionis uolũtatis ⁊ iniũctionis infringere uel ei auſu temerario ꝯtraire. Si quis aũt hoc attẽptare ꝑſumpſerit indignationẽ oĩpotẽtis dei ⁊ beatoꝝ petri ⁊ pauli aploꝝ eius ſe nouerit incurſurũ. Datum rome apud ſanctũ marcũ anno incarnationis dñice milleſimo q̃dringenteſimo ſexageſimo quinto pꝛidie kl' febꝛuarij pontificatus noſtri anno ſecũdo.

**Alexander** Epũs ſuus ſuoꝝ dei Dilectis filijs gnãli ⁊ vniuerſis pꝛioribꝰ oꝛdinis fratrũ glioſiſſime 35
dei genitricis ſempq; vginis marie de mõte carmeli ſalutẽ ⁊ aplicã beñ. Pꝛouiſionis ueſtre cupimꝰ ꝓuenire ſubſidijs. ut religio ur̃a ſemp in meliꝰ deo ꝓpiciãte ꝓficiat. ⁊ ſi q̃d obſtare dinoſcit̃: ſolicite coꝛrigat̃: nobis itaq; quos in diuini noĩs amore vigiles delectat extirpare vitia: ⁊ plãtare vtutes. ut apoſtatas ⁊ iſolẽtes ueſtri oꝛdis niſi ur̃is ſalubꝛibꝰ monitis acq̃eſcãt. excoicare: capꝫ: ligare: ⁊ carceri tradẽ ſi videbit̃ expedire poſſitis: auctoritate p̃ntiũ ꝯcedimꝰ facultatẽ. Nulli ergo oĩno hoĩum liceat hãc paginam nr̃e ꝯceſſionis infringere uel ei auſu temerario ꝯtraire. Si quis aũt hoc attẽptare ꝑſumpſerit indignationẽ oĩpotẽtis dei ⁊ beatoꝝ petri ⁊ pauli aplorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum anagnie quinto decimo kl' apꝛilis põtificatus nr̃i anno quinto.

**Alexander** Epũs ſuus ſuoꝝ dei Dilectis filijs generali ⁊ ꝓuincialibꝰ pꝛioribꝰ oꝛdinis fratrũ glio- 36
ſiſſime dei genitricis ſempq; vginis marie de mõte carmeli ſalutẽ ⁊ aplicã beñ. Religionis ur̃e meret̃ honeſtas: ut uos ſincera diligẽtes in dño charitate petitionibꝰ ur̃is quãtũ cũ deo poſſumus: fauorabiliter annuamus. Hinc eſt qđ nos ur̃is ſupplicationibꝰ iclinati aucte uobis p̃ntiũ indulgemus. ut tu pꝛioꝛ generalis: ⁊ qui

ſucceſſerit tibi ubicūq;: ac uos priores ꝓuinciales ⁊ alij qui pro tpe fuerint in ſuis ꝓuincijs: in ecclījs: ⁊ domibꝰ urī
ordinis cū libero ingreſſu ⁊ exitu viſitationis: ⁊ correctiōis officiū exercē: mutare frēs: ac recipe nouicios libere ua
leatis: alicuius ꝯdictionis irrōnabili nō obſtāte. Nulli ergo oino hoīum liceat hāc paginam nr̄e cōceſſionis infrin-
gere uel ei auſu temerario ꝯtraire. Si quis aūt hoc attēptare p̄ſumpſerit indignationem oipotētis dei ⁊ beatorum
petri ⁊ pauli aploꝝ eius ſe nouerit incurſurū. Datum laterañ decimo octauo kl' februarij pōtificatꝰ nr̄i anno ſcdo.

**Alexander** Ep̄us ſuus ſuoꝝ dei Dilectis filijs priori gnāli ⁊ frībꝰ ordinis glioſiſſime dei genitricis 37
ſempq; vginis marie de mōte carmeli ſalutē ⁊ aplicā beñ. Qui ex aplici cura tenemur offi
cij circa religionis augmētū ꝓmpti ⁊ vigiles inueniri ſup hijs urīs uotis libēter annuimus in qbus honorē urī or
dinis ⁊ aiarū ꝓfectū ꝯtineri ſentimꝰ lecta ſiqdē corā nobis urā petitio ꝯtinebat qd in regula urī ordinis per ſedem
aplicā ꝯfirmata dinoſcit̄ eſſe ſtatutū ut frēs ipſius ordinis vnuz ex eis priorē habeāt qui ex vnanimi oium aſſenſu
uel eoꝝ maioris ⁊ ſanioris ptis ad prioratꝰ officiū eligat̄ cui obediētiam ꝓmittat qlibet alioꝝ ⁊ ꝓmiſſam ſtudeat
opis vitate ſuare cū caſtitate ⁊ abdicatione ꝓprietatis ac etiā ſm cōſtitutiones eiuſdē ordinis prior ipſius qui pro
tpe fuerit a prioratꝰ officio abſolui ⁊ ammoueri pōt a diffinitoribꝰ caplī gnālis Et licet tu fili prior ⁊ p̄deceſſores
tui iuxta eiuſdē ordinis cōſuetudinē obſeruatā hactenꝰ ⁊ ſede tolleratā eadē ſtatim poſtq̄ electi ſm ſtatutuz huiuſ-
modi extitiſtis curā geſſeritis fratrū ordinis memorati officiū prioratꝰ plene ⁊ libere in oibꝰ exercētes ijdēq; frēs
uobis deuote ac humilr̄ obedierint intēderintq; reuerēter. Quia tñ de p̄miſſis nup dubitationis ſcrupulus in urīs
⁊ plurimū dictoꝝ fratrū cōſciētijs eſt exortꝰ humilr̄ petijſtis uobis ſup hoc de ꝓuidētia ſedis aplice ſbueniri Nos
itaq; uolētes oēm ambiguitatis ſcrupulū in hac pte de nr̄is cordibꝰ amputare ⁊ ordinē ipſum a ſede approbatuz
eadē honeſtate floridū ⁊ vtute fecūdū priuilegio aplice grē attollē ſpāli ac urīs ſupplicationibꝰ inclinati quicqd ſup
p̄miſſis per te prior dictoſq; p̄deceſſores frēs ⁊ diffinitores factū ⁊ obſeruatū eſt hactenꝰ ratū hn̄tes ⁊ firmū uobis
auctē pn̄tiū indulgemꝰ ut ſucceſſores tui prior qui erūt pro tpe ſtatim poſtq̄ electi fuerint ſm regulā ⁊ cōſtitutiones
ordinis urī eo ipſo ueri eiuſdē ordinis effecti priores curā aiarū fratrū ipſius ordinis plene habeāt ⁊ libere gerāt
ipſoſq; frēs auctē ꝓpria ligare ⁊ ſoluē ualeāt nec nō in eodē ordine agere que ipſi ⁊ p̄fati diffinitores iuxta memo
ratas regulā ⁊ ꝯſtitutiōes ſm deū eiſdē ordini ⁊ fribꝰ viderint expedire aliaſq; prioratꝰ officiū licite in oibꝰ exer-
cere ijdēq; frēs tibi prior ⁊ ſucceſſoribꝰ ipſis deuote ac humilr̄ obediāt ⁊ intēdāt ⁊ p̄fati ſucceſſores ⁊ tu prior a dif
finitoribꝰ caplī gnālis ipſiꝰ ordinis ſm cōſtitutiones iam dicti ordinis abſolui ⁊ ammoueri poſſitis ꝯceſſa tibi pri
or tuiſq; ſucceſſoribꝰ añ abſolōnē ⁊ ammotionē huiuſmodi exequēdi prioratꝰ officiū quo ad p̄miſſa oia ⁊ alia ni-
hilominus libera facultate. Nulli ergo oino hoīum liceat hāc paginam nr̄e cōceſſionis infringere uel ei auſu teme-
rario cōtraire. Si quis autem hoc attēptare p̄ſumpſerit indignationem oipotētis dei ⁊ beatoꝝ petri ⁊ pauli aplo-
rum eius ſe nouerit incurſurum. Datum laterañ ſexto kl' martij pontificatus noſtri anno ſecūdo.

**Pius** Ep̄us ſuus ſuoꝝ dei Dilecto filio priori gnāli ordinis fratrū glioſiſſime dei genitricis ſempq; vginis 38
marie de mōte carmeli ſalutē ⁊ aplicā beñ. Solicitudo paſtoralis officij nobis licet imeriti ſupna diſ-
poſitione cōmiſſi cōtinua nos purget inſtātia: ut religioſoꝝ exceſſus quos antiquus hoſtis eo ſolicitiꝰ ſuſcitat. quo
eoꝝ vita meritorie ardētius emulat̄: tāto amplius deteſtātes: quāto ex illis maiora ſcādala mēbris fideliū generā
tur: reprimē ⁊ caſtigatione debita cohercē curemꝰ. Nup ſiqdē pro pte tua nobis fuit expoſitū. qd licet tu ꝓut ex de-
bito tibi cōmiſſi generalatꝰ teneris officij ſolicite cures ordinē ipm iuxta ſanctoꝝ patrū ⁊ ipſiꝰ regularia īſtituta mo
ribꝰ honeſtate ornare: illiuſq; ꝓfeſſores vite ſubdere regulari. Quia tñ in multis ipſiꝰ ordinis domibꝰ repiri ꝯtin-
git nōnullos ex dictis ꝓfeſſoribus huiuſmodi bono laudabiliq; ꝓpoſito calcitrare: ⁊ rebelli aio ꝯire: tu pro com-
miſſis per eos exceſſibꝰ ⁊ delictis p̄miſſis eos caſtigatione debita cohibē: ac ad frugē melioris vite reuocare non
potes. quo fit tā ipſi q̄ nōnulli alij dicti ordinis frēs diſcoli atq; ꝓterui ſalutaria ſupioꝝ ſuoꝝ correctiones ⁊ caſti
gamēta. videlicet ieiunioꝝ in pane ac aq̄: diſciplinarū incarcerationis ⁊ cetera huiuſmodi: aut ꝯtēdāt: aut ſubire re-
cuſent: indeq; ad iniurias aut minas ⁊ ad vbera qn̄q; ꝓrūpāt. interdū vo in apoſtaſia audacius ꝓlabant̄. Quare
pro pte tua nobis fuit humilr̄ ſupplicatū: ut ſup hijs de oportuno remedio ꝓuidē pn̄a diligētia curaremus. Nos
igit̄ attēdētes qd ſi ad reprimēdū inſolētias trāſgreſſoꝝ: ⁊ eoꝝ p̄ſumptiones temerarias refrenādas ſupioꝝ diſci-
plina lēteſcat: eoꝝ uolūtas ſit ꝓcliuior ad peccādū: ⁊ impunitatis exēplū piculoſius in alios deriuat̄. uolētes teme
rarijs auſibꝰ taliū delinquētiū oportunis remedijs obuiare: qd tu tuiq; ſucceſſores: ⁊ quos tu ⁊ ipſi idoneos cēſue
ritis ⁊ diſcretos ꝓuinciales priores oēs ⁊ ſingulos apoſtatas criminoſos incorrigibiles aut delinquētes p̄fatos:
qui tuā ⁊ ſupioꝝ ſuoꝝ ſatagūt emēdationē ⁊ correctionē effugē: ⁊ quos p̄miſſis ipedimētis cauſantibꝰ: tu aut alij
eoꝝ ſupiores p̄dicti iuxta ipſiꝰ ordinis ſtatuta ⁊ cōſuetudines cōmode punire neqbitis: nō ſolū in eiſdē ſtatutis cō
tētis ſed ſi eoꝝ demerita ⁊ exceſſus id exegerint ac acrioribꝰ penis tā per uos q̄ locoꝝ ordiarios: eorūq; vicarios

officiales ſiue alios miniſtros capi ⁊ carcerali cuſtodie mãcipare torquẽ ⁊ torqueri facere ⁊ punire poſſitis: ita tñ qꝺ ſi eorũdẽ fratrũ exceſſus adeo graues fuerint uel enormes. qꝺ illoꝝ occaſione queſtionibꝰ ſubici debeãt: uel tormẽtis citra tñ ultimi ſupplicij mutilationiſꝗ mẽbroꝝ penas queſtionibꝰ huiuſmodi ſubici nequeãt uel torqueri niſi cũ duoꝝ ex frĩbꝰ antiquoribꝰ dicti ordinis ad hoc per ſupiores ſuos deputatoꝝ pñtia ⁊ aſſenſu. Quo circa vniuerſos ⁊ ſingulos pãtriarchas: archiepõs: epõs locoꝝ ordinarios: nec nõ duces: marchiones: comites: barones: ſeneſcallos iudiciarios poteſtates: capitaneos: baiulos: ceteroſꝗ dños tpales: ac eoꝝ loca teneñ: vniuerſitates quoꝗ ⁊ coĩtates ciuitatũ: terrarũ: caſtroꝝ: ⁊ alioꝝ quorũcũꝗ locoꝝ rogamꝰ: reqrimus: ⁊ hortamur attẽte: qtenus tibi ⁊ dictis ſucceſſoribꝰ nec nõ ꝓuincialibꝰ prioribꝰ pfatis efficaci pſidio aſſiſtẽtes: ut tu ſucceſſores ac ꝓuinciales priores pdicti apoſtatas diſcolos: ⁊ delinquẽtes frẽs huiuſmodi corrigẽ: ⁊ iuxta ipſoꝝ exigẽtiã delictoꝝ eos pñna caſtigatione punire ualeatis. pro regis eterni ac ſedis aplice reuerẽtia uobis auxiliũ cõſiliũ ⁊ fauorẽ oportunos impẽdãt. nec nõ ad reqſitionẽ urãm uobis familiã pbeãt oportunã. Jta qꝺ apoſtatas: diſcolos ⁊ delinquẽtes pdictos ad viã rectitudinis reducẽ ualeatis: ipſorũꝗ ſaluti ꝓſpicẽ. Et ſi qñ opꝰ fuerit illos ad eãdẽ reqſitionẽ capi detineri: torqueri: ⁊ puniri facẽ ut pmittit nõ poſtponãt. qbꝰ oibꝰ ⁊ ſingulis pmiſſa ad reqſitionẽ urãm huiuſmodi dũtaxat faciẽdi ⁊ exequẽdi abſꝗ alicuiꝰ ſententie cẽſure uel peneincurſu tenore pñtiũ licẽtiã ꝯcedimꝰ ⁊ etiã facultatẽ. Nõ obſtãtibꝰ ꝯſtitutionibꝰ: ⁊ ordinationibꝰ aplicis: nec nõ ſtatutis ⁊ ꝯſuetudinibꝰ pdictis: etiã cõfirmatione aplica uel q̃cũꝗ alia firmitate uallatis ceteriſꝗ cõtrarijs quibuſcũꝗ. Nulli ergo oĩno hoĩum liceat hãc paginam nr̃e uolũtatis ⁊ cõceſſionis infringere uel ei auſu temerario cõtraire. Si quis aũt hoc attẽptare pſumpſerit indignationẽ oĩpotẽtis dei ⁊ beatoꝝ petri ⁊ pauli apl̃oꝝ eius ſe nouerit incurſurũ. Datum mãtue anno incarnationis dñice milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo nono Noñ decẽbris põtificatus nr̃i anno ſecũdo.

Calixtus Epũs ſuꝰ ſuoꝝ dei ad futurã rei memoriã. Ad romañ põtificẽ nõ dubiũ ꝑtinẽ dinoſcit quem 39
cũꝗ errãtẽ ad rectã viã reducẽ: ⁊ pſertiꝫ illis qui colla ſua in alteriꝰ arbitrio ſũmiſerũt cũ in aua
…ie abyſſuꝫ dilabi icipiũt: ne religionis ⁊ obſuãtie laxatis habenis in tenebras ruãt exteriores totis niſibꝰ reſiſtẽ.
…ſaltẽ formidine pene illos retrahat ab iceptis ſtatuit ⁊ decreuit ꝓut meliꝰ ac ſalubrius in dño ꝯſpicit expedire.
…ꝗ ſicut accepimꝰ: nõnulli ordinis fratrũ glõſiſſime dei genitricis ſempꝗ v̄ginis marie de mõte carmeli ꝓ…
…s uotis per eos emiſſis ꝯtra uenire nõ erubeſcẽtes per diuerſas ꝓuincias ⁊ nationes ut extra domos ⁊ relĩ…
…huiuſmodi cõmodiꝰ uagari ualeãt. nõnulla bñficia eccl̃iaſtica tã ſcl̃aria q̃ regularia vijs exq̃ſitis: ⁊ diuerſoꝝ
…ſiue diſpẽſationũ aplicarũ obtẽtu tã in titulũ q̃ in cõmẽdã ſibi ꝯferri ⁊ alias ꝯcedi obtinuerũt. Et nihilomĩ…
…fficijs ⁊ admĩſtrationibꝰ dicti ordis in gnãlibꝰ ⁊ ꝓuincialibꝰ capl̃is cũ opulẽtiores ⁊ ditiores ꝯtra eoruꝫ
…le uotũ ſint: uolũt ⁊ cupiũt ꝑeſſe: ⁊ alijs qui ſub regulari obſuãtia in domibꝰ dicti ordis deſuiũt: frena im…
…os igit attẽdẽtes qꝺ qs ponẽs manũ ad aratrũ ⁊ reſpiciẽs retro regnũ celoꝝ non adipiſcit: ac ꝯſiderãtes
…n ſe regularẽ diſciplinã quã ſuſcipe policitꝰ eſt: nõ recipit: alios ad illã reducẽ neqt. uolẽtes quoꝗ ordinis ⁊
… huiuſmodi idẽnitatibꝰ ꝓuidẽ: hac irrefragabili ꝯſtitutione ppetuo ualitura ꝯſtituimus: ſtatuimꝰ: ac ẽt ordi…
…qꝺ nullus dictoꝝ ꝓfeſſoꝝ bñficia ſcl̃aria ſeu ẽt regularia ex nr̃a uel pdeceſſoꝝ nr̃oꝝ romañ põtificũ: aut ſe…
…ice: uel legatoꝝ eiꝰ ꝯceſſione: uel idulto: aut al's quouis modo in titulũ uel in cõmẽdã pro tpe obtinẽtiũ aut
…rris tpibꝰ quõlibet obtinebũt: ẽt ſi illa ſimpl'r uel alio quouis modo dimiſerint: in pdictis capl̃is gnãlibꝰ: uel
…alibꝰ: aut ꝯgregatioibꝰ: ſeu negocijs: officijs: uel alijs admĩſtratioibꝰ dicti ordinis niſi gnãlis pro tpe ꝯſenſu
…iẽte quõlibet admittat ſub excoĩcatiõis pena quã admiſſi ⁊ admittẽtes ꝓut in hijs ſcriptis ferimꝰ icurrãt ip…
…o. ⁊ ſi dicti bñficiati ultro admitti quouis queſito colore ꝯtra uolũtatẽ gnãlis pdicti ꝓcurauerũt. ſiĩi modo ir…
…ritatis ⁊ ihabilitatis maculas icurrãt bñficijſꝗ per eos obtẽtis ipſo facto priuati exiſtãt. ⁊ alijs pſonis ydo…
…per illos ad quos ipſoꝝ collatio ptinet dinoſcit ꝯferant. dictiꝗ bñficia ſeu officia ambeũtes uel ꝓcurãtes ꝑ…
…ihabiles ⁊ ineligibiles abſꝗ alicuius regreſſus ſpe maneãt: ⁊ pro talibꝰ ppetuo hẽant. Nõ obſtañ ꝯſtitutioĩ…
…⁊ ordinatioibꝰ aplicis. nec nõ priuilegijs: idultis: ⁊ l'ris aplicis qbuſcũꝗ ſpãliter: uel gnãliter ꝯceſſis: ⁊ in futurũ
…ẽdis: ẽt ſi de pñtibꝰ expſſam fecerint mẽtionẽ: ⁊ hijs expſſe fuerit derogatũ: ac ẽt de dictis ꝯceſſis ⁊ ꝯcedẽdis l'ris
… totis tenoribꝰ ſpãlis mẽtio ſit hñda: ⁊ qbꝰ pñtiũ tenore derogamꝰ ⁊ derogatũ eſſe uolumꝰ. ẽt ſi in illis expſſe
…tat: qꝺ eis nequeat quoquo modo derogari. nec nõ dicti ordis iuramẽto ꝯfirmatione aplica uel q̃uis firmitate
… roboratis ſtatutis ⁊ ꝯſuetudinibꝰ ceteriſꝗ ꝯ̃rijs qbuſcũꝗ. Nos enim ex nũc irritũ decernimꝰ ⁊ iane ſi ſecꝰ ſup…
…s a quoꝗ q̃uis aucte ſciẽter uel ignorãter ꝯtigerit attẽptari. Nulli ergo oĩno hoĩum liceat hãc paginã nr̃oꝝ ꝯſti…
…tiõis ſtatuti ordinatiõis derogatiõis ⁊ uolũtatis ifringẽ uel ei auſu temerario ꝯ̃ire. Si qs aũt hoc attẽptare pſũ…
…erit idignationẽ oĩpotẽtis dei ⁊ beatoꝝ petri ⁊ pauli apl̃oꝝ eiꝰ ſe nouerit icurſurũ. Datũ rome apud ſanctũ petrũ
…nno incarnationis dñice milleſimo quadringẽteſimo quinqgeſimo quinto iꝺ martij põtificatus nr̃i anno primo.

**Nicholaus** Epus ſu⁹ ſuoꝝ dei ad ꝑpetuā rei memoriā. Cū nulla fideliū ꝯuētio ſub aliquo religio- 40
nis colore abſq; ſūmi pōtificis ꝑtāte fieri ualeat. ne ꝯuēt⁹ religioſarū ṽginū: viduarū: bi-
ginarū mātellatarū: aut alique ꝑticulares ex hỹs ſub habitu: ⁊ ꝓtectione ordinis btiſſime dei genitricis ſempq; ṽgi
nis marie de mōte carmeli degētiū: aut que in poſterū offerent: abſq; aplice auctis munimie viuē videant. Harū te
nore decernim⁹: ut ordo ꝑfat⁹: ac eiuſdē ordis magr̄ gnālis ⁊ priores ꝓuinciales circa ꝑfatarū receptionē vite mo-
dū admiſſionē ⁊ ꝓtectionē illis eiſdē ⁊ ꝑrſus ſilib⁹ priuilegỹs gaudeāt. qb⁹ ordines ꝑdicatoꝝ: ⁊ hēmitarū ſci au-
guſtini gaudēt: ⁊ utunt. dūmodo ṽgines vidue: bigine: ⁊ mātellate ꝑdicte ꝑtinēter: ⁊ honeſte viuāt: ieiunētq;: ac oīa
alia faciāt: ⁊ obſuēt: que ṽgines: vidue: bigine: ⁊ mātellate ordinū ꝑdicatoꝝ ꝑtinēter ⁊ honeſte viuētes ſm earū or
dinationes: ⁊ ſtatuta faciūt: ⁊ obſuāt. Nulli ergo oīno hoīum liceat hāc paginā nr̄e ꝯſtitutionis infringē: uel ei auſu
temerario ꝯire. Si quis aūt hoc attēptare ꝑſumpſerit: indignationē oīpotētis dei ⁊ beatoꝝ petri ⁊ pauli apoſtolo-
rum eius ſe nouerit incurſurum. Datum rome apud ſanctū petrum anno incarnationis dñice milleſimo quadringē
teſimo quinquageſimo ſecūdo noñ octobris pontificatus noſtri anno ſexto.

**Eugenius** Epus ſu⁹ ſuoꝝ dei ad futurā rei memoriā. Ex clemēti ꝓuiſionis ſedis aplice nec nō religi 41
oſarū ꝑſonarū ⁊ ꝑſertim ſb regulari obſuātia altiſſimo famulātiū ſtudio pie vite deuotio-
nis ⁊ meritis dinoſcit ꝓuenire. ut romañ pōtifex qñq; ꝑdeceſſoꝝ ſuoꝝ romañ pōtificū geſta corroboret: ⁊ idulta
ꝯfirmet. Sane pro ꝑte dilectoꝝ filioꝝ prioris gnālis ⁊ fratrū hēmitarū ordis ſci auguſtini nobis nuꝑ exhibita pe
titio ꝯtinebat. qḋ olim fe. re. martino pp. v. ꝑdeceſſori nr̄o expoſito: qliter quōdā bonifaci⁹ in ſua tūc obediētia. ix.
nūcupat⁹ pro ꝓpagatione ⁊ augmēto dicti ordinis q̄ſdā ſuas regulas aplicas: nōnullas ꝯceſſiones: ordinatiōes:
⁊ ſtatuta imunitates: ⁊ gr̄as ꝯtinētes ſuꝑ receptione q̄rūdā mulierū aľs ad hoc ydonearū: que habitū regularē di-
cti ordinis ad iſtar mātellatarū ſeu pinzocherarū fratrū minoꝝ: ⁊ ꝑdicatoꝝ ordinū recipe uellēt: ⁊ geſtare idulſerat
ac demū eidē ꝑdeceſſori ſupplicato: ut ꝑfata ꝯceſſiones ⁊ idulta de ſpāli gr̄a ꝯfirmare aucte aplica dignaret: ꝑfat⁹ ꝑ-
deceſſor huiuſmodi ſupplicatiōib⁹ iclinat⁹ uenerabili fr̄i nr̄o Joāni epo briocen̄ tūc in romañ curia reſidēti eius ꝓ
prio noīe nō exp̄ſſo per ſuas certi tenoris lr̄as mādauit. ut ſe ſuꝑ eiſdē expoſitis informaret: ⁊ ſi ꝯceſſa ⁊ idulta
de facta repiret: ea aucte aplica cōfirmaret: ꝓut in eiſdē ꝑdeceſſoris lr̄is in qb⁹ de ṽbo ad ṽbū lr̄e ꝑfati bonifa
ſerte ſunt pleni⁹ ꝯtinet. Jdēq; eṗs ad huiuſmodi ꝑdeceſſoris lr̄arū executionē ꝓcedēs poſt habitā ſuꝑ idul-
iuſmodi plenariā iformationē ⁊ fidelē: ꝯceſſiones ⁊ idulta ꝑfata aucte aplica ꝯfirmauit. ꝓut in inſtr̄o deſuꝑ ꝯ
ipſi⁹ epi ſigillo munito: cui⁹ tenorē haberi uolum⁹ p̄ntib⁹ pro exp̄ſſo dicit pleni⁹ ꝯtineri. Quare pro ꝑte pri
fratrū ꝑdictoꝝ nobis fuit humilr̄ ſupplicatū: ut lr̄as ꝑdictas ⁊ ꝓceſſus deſuꝑ ꝯfectos ac ꝯtēta in eis pro eo
ſtētia firmiori robur aplice ꝯfirmatiōis adỹcē de benignitate aplica dignaremur. Nos itaq; qui religionis
nis huiuſmodi ꝓſperū incremētū quātū cū deo poſſum⁹ fauorabilr̄ ꝓcuram⁹. huiuſmodi ſupplicationib⁹
lr̄as ⁊ ꝓceſſus huiuſmodi ⁊ oīa ide ſecuta ꝓut ꝓuide facta ſunt: aucte aplica tenore p̄ntiū ꝯfirmam⁹: ⁊ p̄nti
patrocinio cōmunim⁹. Tenorē ṽo lr̄arū ꝑdeceſſoris cū iſertione ꝑfata p̄ntib⁹ de ṽbo ad ṽbū iſeri fecim⁹. ⁊ e

¶ **Martinus** eṗs ſuus ſuoꝝ dei Uenerabili fr̄i gulielmo eṗo briocen̄ in romana curia reſidēti ſalutē ⁊
beñ. Dū fruct⁹ uberes quos ſacer ordo dilectoꝝ filioꝝ fratrū heremitarū ſci auguſtini in agro ecclie militātis
pagatione religionis: ⁊ fidei orthodoxe hacten⁹ ꝓduxit utilr̄ ⁊ ꝓducit: ac in poſterū ꝓducturū ſpe firma ſpa
ligēter attēdim⁹: dignū cēſem⁹: ⁊ ꝯgruū ut circa ea que ipſi⁹ ordinis incremētū ꝯcernē poterūt: benignis fauor
tēdam⁹. Exhibita ſiqdē nobis nuꝑ pro ꝑte dilectoꝝ filioꝝ prioris gnālis eiuſdē ordis ⁊ fratrū ꝑdictoꝝ petiti
tinebat: qḋ dudū quōdā bonifacius in ipſi⁹ obediētia. ix. nūcupat⁹ ꝑmiſſa ꝓuida ꝯſideratione recēſens q̄ſdā
aplicas: nōnulla ſtatuta: ꝯceſſiones: ⁊ ordinatiōes: ac alias imunitates: ⁊ gr̄as ꝯtinētes eis ꝯceſſit: ꝓut in ipſis l
q̄rū tenorē de ṽbo ad ṽbū p̄ntib⁹ iſeri fecim⁹ pleni⁹ ꝯtinet. Quare pro ꝑte prioꝝ ⁊ fratrū ꝑdictoꝝ nobis fuit
militer ſupplicatū: ut lr̄as ꝑdictas ⁊ ꝯtēta in eis pro ipſoꝝ ſubſiſtētia firmiori aucte aplica ꝯfirmare de benigni
aplica dignaremur. Nos itaq; huiuſmodi ſupplicationib⁹ iclinati ac de ꝑmiſſis certā notitiā non hn̄tes: fr̄nitati
per aplica ſcripta cōmittim⁹: ⁊ mādam⁹ q̄tenus de lr̄is ⁊ ꝯtētis in eis huiuſmodi aucte nr̄a te diligēter iformes:
per eādē iformationē ea ꝓuide ſtatuta ⁊ ordinata ac ꝯceſſa reperis. ſuꝑ quo tuā ꝯſcietiā oneram⁹ lr̄as ⁊ ꝯtēta h
iuſmodi aucte ꝑfata approbes ⁊ ꝯfirmes. Tenor aūt dictarū lr̄arū talis eſt. ¶ **Bonifacius** eṗs ſuus ſuoꝝ d
ad ꝑpetuā rei memoriā. Jn ſinu ſedis aplice ſacer ordo fratrū heremitarū ſci auguſtini ꝯſiſtēs ſic ſplēdet per icrem
ta ṽtutū: qḋ digne meret ꝑcipuis attolli fauorib⁹ ac ſpūalib⁹ gratỹs ꝯfoueri. ⁊ nos eūdē ordinē ipm libēter ꝓſe
mur ꝓrogatiua fauoris: ⁊ augumēta ſuoꝝ ſucceſſuū in hỹs ꝑſertim que diuini cult⁹ augumētū ⁊ ſacre religionis ꝓ
pagationē reſpiciūt p̄nis affectib⁹ ꝓmouem⁹. Hinc eſt qḋ nos dilectoꝝ filioꝝ prioris gnālis: ⁊ fratrū dicti ordi
ꝑcib⁹ annuētes: ac cupiētes ut ordo ꝑdict⁹ eo ꝓficiat feliciorib⁹ icremētis: quo maiorib⁹ fuerit gratỹs a ſede aplic

cōmunitus

cõmunitus: aucte aplica pñtiũ tenore statuimus: ꝯcedim⁹: uolum⁹: ⁊ ordinam⁹ qḋ decetero ꝑpetuis futuris tꝑib⁹ tã
gnãli ꝙ cuilibet officiali ꝑriorib⁹ dicti ordinis ſm morẽ ⁊ instituta eiusdẽ ordinis in qbuscũqꝫ ꝓuincijs ꝯstitutis tã
pñtib⁹ ꝙ futuris sit licitũ: ac ꝑmissum qscũqꝫ mulieres si alīs sint ydonee: ⁊ aliud canonicũ nõ obsistat que habituꝫ
regularẽ ꝑdicti ordinis ad istar mãtellatarũ seu pinzocherarũ ordinũ fratrũ minoꝝ ⁊ ꝑdicatoꝝ habere uoluerint:
⁊ gestare tã ṽgines ⁊ matronas ꝙ viduas ⁊ mãtellatas seu pinzocheras dicti ordinis heremitaꝝ recipe ⁊ admittẽ
ac earũ singulis habitũ regularẽ: ac regulã eiusdẽ ordinis hẽmitarũ ad instar hmõi mãtellatarũ seu pinzocherarũ
ordinũ fratrũ minoꝝ ⁊ ꝑdicatoꝝ ꝑfatoꝝ ꝑut ſm deũ saluti aiarũ earũdẽ salubrius visum fuerit expedire: etiã ex
hibere: que sic recipiẽde aucte ꝑfata gaudeãt ⁊ gaudẽ possint ⁊ debeãt tã exẽptionis priuilegio: ꝙ oibus imunitati
bus: libertatib⁹: indulgẽtijs ac alijs priuilegijs qbuscũqꝫ ꝑfato ordini heremitarũ: eiusqꝫ frib⁹ ac per sedẽ aplicam
iam cõcessis: ⁊ que in posterũ cõcedent: qtinus hmõi exẽptionis priuilegiũ imunitates: libertates: indulgẽtie: ac que
cũqꝫ alia priuilegia ipsis priorib⁹ ⁊ frib⁹ ordinis heremitarũ cõpetũt uel cõpetere pñt: seu poterũt. ⁊ priores ⁊ fra
tres ac loca ipsa esse capacia eorũdẽ uolẽtes. Insup ⁊ aucte ꝑdicta decernẽtes qḋ exẽptionis ꝑfate priuilegiũ: imuni
tates: libertates ⁊ alia supradicta etiã ad iã per ipsos ⁊ frẽs ordinis heremitaꝝ receptas ⁊ mãtellatas seu pinzoche
ras hmõi plenarie se extẽdãt. ipseqꝫ illis gaudere possint ⁊ debeãt ꝑut de recipiẽdis mãtellatis ⁊ pinzocheratis hu
iusmodi sepius est exꝑssum. Cõstitutionib⁹ aplicis ac statutis ⁊ cõsuetudinib⁹ tã uestri ꝙ alioꝝ ordinũ quorũcũqꝫ
⁊ alijs nõ obstãtibus qbuscũqꝫ. Nulli ergo oino hoium liceat hãc paginã nr̃e cõcessionis decreti statuti uolũtatis
⁊ cõstitutionis infringẽ uel ei ausu temerario ꝯire. Si qs aũt hoc attẽptare ꝑsumpserit indignationẽ oipotẽtis dei ⁊
beatoꝝ petri ⁊ pauli aploꝝ eius se nouerit incursurũ. Datũ rome apud scm̃ petrũ septimo idus nouẽbris põtifica
tus nr̃i anno vndecimo. Nulli ergo oino hoium liceat hãc paginam nr̃e cõfirmationis ⁊ cõmunitionis infringere
uel ei ausu temerario cõtraire. Si quis aũt hoc attẽptare ꝑsumpserit indignationem oipotẽtis dei ⁊ beatorum pe
tri ⁊ pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum florẽtie anno incarnationis dñice millesimo quadrin
gentesimo tricesimoquarto tertiodecimo kl' augusti Pontificatus nostri anno quarto.

**Innocentius** Eps ſu⁹ ſuoꝝ dei Dilectis filijs priori ⁊ frib⁹ ordis glīosissime dei genitricis sempqꝫ 44
ṽgis marie de mõte carmeli salutẽ ⁊ aplicã beñ. Deuotionis ur̃e ꝑcib⁹ iclinati aucte
pñtiũ idulgemus: ne de causis aliqbus decetero uobis a sede aplica cõmittẽdis inuiti cognoscere teneamini: nisi lr̃e
cõmissionis hmõi plenã de hac indulgẽtia fecerint mẽtionẽ. Nulli ergo oino hoium liceat hãc paginã nr̃e cõcessio
nis infringere uel ei ausu temerario ꝯtraire. Si quis aũt hoc attẽptare ꝑsumpserit indignationẽ oipotẽtis dei ⁊ bea
toꝝ petri ⁊ pauli aploꝝ eius se nouerit incursurum. Datum lugduñ tertio idus iulij pontificatus nr̃i anno quarto.

**Clemens** Eps ſu⁹ ſuoꝝ dei Dilectis filijs gnãli ac ceteris priorib⁹ ⁊ frib⁹ ordis glīosissime dei genitricis 45
sempqꝫ ṽgis marie de mõte carmeli salutẽ ⁊ aplicã beñ. Deuotiõis augumẽtũ deo ꝓpitio uobis
ꝓuenire ꝯfidim⁹ sup hijs q̃ pie cupitis nos benignos ad grãz hẽatis. Hic est qḋ nos hũilitatis ur̃e ꝑcib⁹ iclīati aucte
pñtiũ idulgem⁹: ut i locis ⁊ oratorijs ur̃is q̃ ex ꝯcessiõe romañ põtificũ ꝑdecessoꝝ nr̃oꝝ: aut diocesanoꝝ locoꝝ pa
cifice obtinetis cũ altari viatico possitis missaꝝ solẽnia: ⁊ alia diuina officia celebrare: oĩ pochiali iure pochialib⁹
eccl'ijs reſuato: ⁊ ne de iure hmõi possit aliq̃ qstio sboriri. illḋ circa oblatiões: decias: ⁊ primitias itelligim⁹: q̃ a lai
cis solẽt clericis exhiberi: qb⁹ defraudari nolum⁹ parochiales eccl'ias occasiõe idulgẽtie supradicte. Nulli ergo oio
hoiuꝫ liceat hãc paginã nr̃e ꝯcessiõis ifringẽ uel ei ausu temerario ꝯire. Si qs aũt hoc attẽptare ꝑsũpsit idignationẽ
omptis dei ⁊ btõꝝ petri ⁊ pauli aploꝝ ei⁹ se nouerit icursuꝝ. Datũ pusij q̃rto noñ iunij põtificat⁹ nr̃i anno primo.

**Urbanus** Eps ſu⁹ ſuoꝝ dei Dilectis filijs priori gnãli ⁊ frib⁹ ordis fratrũ glīosissime dei genitricis 46
sempqꝫ ṽgis marie de mõte carmeli salutẽ ⁊ aplicã beñ. Deuotiõis ur̃e q̃ deũ: nos: ⁊ romañ
eccl'iaꝫ: reuerimini sinceritas ꝓmeret: ut petitiõib⁹ ur̃is q̃tũ cũ deo possum⁹ fauorabilr̃ ãnuam⁹. Hic ẽ qḋ nos ur̃is de
uotis supplicatiõib⁹ iclīati ut ubicũqꝫ i locis tñ ad hoc ꝯgruẽtib⁹: ⁊ hõestis extra loca ⁊ oratoria ur̃a corã ꝑlatis: pri
cipib⁹: ⁊ magnatib⁹ cũ sup hoc ꝑ eos uel ꝑ pte ipoꝝ fueritis reqsiti sup altari portatili missas ⁊ alia diña officia cele
brare absqꝫ tñ iuris parochialiũ eccl'iaꝝ ꝑiudicio ualeatis. qbuscũqꝫ ꝯstitutiõib⁹ aplicis ⁊ statutis: ac ꝯsuetudib⁹ ur̃i
ordis ⁊ alijs ꝯrijs neqꝙ obstãtib⁹ uob tenore pñtiũ de spãli grã idulgem⁹. Nulli ergo oino hoium liceat hãc pagi
nã nr̃e ꝯcessiõis ifringẽ uel ei ausu temerario ꝯire. Si qs aũt hoc attẽptare ꝑsũpserit idignationẽ oipotẽtis dei ⁊ btõ
rũ petri ⁊ pauli aploꝝ eius se nouerit incursurũ. Datũ auinioñ tertiodecimo kl' martij põtificatus nr̃i anno primo.

**Alexander** Episcopus seruus seruoruꝫ dei Uenerabilibus fratribus patriarchis: archiepis: epis in 47
quorum dioceſ priores ⁊ fratres ordinis glīosissime dei genitricis sempqꝫ virginis marie
de monte carmeli cõsistũt salutem ⁊ aplicam beñ. Cum ꝑlatos eccl'iarum ⁊ plãtare sacram religionem: ⁊ plãtatã de
ceat modis oibus cõfouẽ. aucte pñtiũ districtius inhibemus: ut aliquis uestrũ a dilectis filijs priorib⁹ ⁊ frib⁹ ordis

btiſſime dei genitricis ſempq̄ꝫ vgis marie de mōte carmeli q̄ cōſiſtūt in uřis dioceſ uel ꝯſiſtēt: obediētiā ꝯtra tenorē priuilegioꝝ ꝛ idulgētiarū aplice ſedis exigē uel recipe nō pſumat. Nulli ergo oino hoīuꝫ liceat hāc paginā nře ihibitiōis ifringē uel ei auſu temerario ꝯire. Si qs aūt hoc attēptare pſūpſerit idignationē oipotētis dei ꝛ btōꝝ petri ꝛ pauli aploꝝ eius ſe nouerit incurſurū. Datū lateranī decimo octauo kl' februarij pōtificatus noſtri anno ſecūdo.

**Nicholaus** Eps ſu⁹ ſuoꝝ dei. Venerabilib⁹ frib⁹ pt̄riarchis: archiepis: epis: i quoꝝ ciuitatib⁹ ꝛ dio 48
ceſ fres ordis glioſiſſime dei genitricis ſempq̄ꝫ vgis marie de mōte carmeli ꝯſiſtūt ſalutē ꝛ aplicā beñ. Ad audiētiā nřam puenit qđ licet dilecti filij fres ordis btiſſime dei genitricis ſempq̄ꝫ vginis marie de mōte carmeli i oī patiētia ꝛ humilitatis ſpu ſe uob deuotos ꝛ placidos ſtudeāt exhibē mādatis uřis: i oib⁹ q̄ iſtitutis eiuſdē ordis nō obuiāt, pmpta deuotiōe parēdo nihilq̄ꝫ uelint face: p qđ eccl'ijs i q̄rū morant parochijs aliqđ piudiciū uel diſpēdiū generet. Nihilomin⁹ tñ q̄dā uřm fres eoſdē nimiū cōprimētes ipſos i oratorijs ſui ordis i eorū ciuitatib⁹ uel dioceſ ꝯſtitutis diuina officia celebrare p ſueuolūtatis arbitrio nō pmittūt alias graues exiſtētes eiſdē plurimū ꝛ ifeſti, ppt qđ duxerūt ad aplice ſedis auxiliū recurrēdū. Cū igit idignū exiſtat ut ijdē fres eos moleſtos ſentiāt qui ipſos ſue religionis obtētu tenent in viſcerib⁹ gerē charitatis. Nos circa religionis augmētū ꝛ aiarū, pfectuꝫ vigiles inueniri uolētes fr̄nitati uře ad inſtar fe. re. Alexādri: ꝛ Clemētis. iiij. romañ pōtificum pdeceſſoꝝ nřoꝝ per aplica ſcripta firmiter pcipiēdo mādam⁹, q̄tinus q̄diu pdicti fres uřis iuxta pmiſſum modū deuote obedire curauerint, ab ipſoꝝ moleſtijs ꝛ grauaminib⁹ deſiſtētes ac ſubditos uřos ab ipſoꝝ inq̄etatione penit⁹ cōpeſcētes pmittatis ipſos maxime cuꝫ iā oratoria ꝛ collegia habeāt in ciuitatib⁹ ꝛ dioceſ uřis, put decet viros religioſos approbati ordinis diuina officia in eiſdē oratorijs libere celebrare. Jta ut fres pdicti, ppter hoc ad nos recurrē ulterius nō cogant. Datum rome apud ſanctā mariā maiorē quinto kl' maij Pontificatus nři anno tertio.

**Bonifacius** Eps ſu⁹ ſuoꝝ dei Dilectis filijs priorib⁹, puincialib⁹ fratrū ordiſ glioſiſſime dei geni 49
tricis ſempq̄ꝫ vgis marie de mōte carmeli ſalutē ꝛ aplicā beñ. Religiōis uře, pmeret honeſtas ut petitiōib⁹ uřis pſertim aiarū ſalutē ꝯtinētib⁹ fauorabilr annuam⁹. Ex pte ſiqdē uřa fuit, ppoſitū corā nobis. qđ plures fres uři ordis i theologica facultate iſtructi deſiderāt xpi fidelib⁹, pponē vbū dei. Nos igit uřis ſupplicatiōib⁹ iclinati pňtiū uob aucte ꝯcedim⁹: ut illis ex pdictis frib⁹ quos ad hoc idoneos eē cognoueritis, pponēdi fidelib⁹ pdictis vbū dei dioceſanoꝝ tñ locoꝝ aſſēſu dare licētiā ualeatis. Nulli ergo oino hoīuꝫ liceat hāc paginā nře ꝯceſſiōis ifringē uel ei auſu temerario ꝯire. Si qs aūt hoc attēptare pſūpſerit idignationē oipotētis dei ꝛ btōꝝ petri ꝛ pauli aploꝝ eius ſe nouerit incurſurum. Datuꝫ anagnie decimo kl' auguſti Pontificatus nři anno primo.

**Urbanus** Eps ſu⁹ ſuoꝝ dei Dilectis filijs priori ꝛ frib⁹ ordis btiſſime dei genitricis ſempq̄ꝫ vgis ma 50
rie de mōte carmeli ſalutē ꝛ aplicā beñ. Meritis uře religionis iducimur: ut uos, pſeq̄mur grā q̄ uřis neceſſitatib⁹ eē dinoſcit oportuna. Hinc eſt qđ nos uřis ſupplicatiōib⁹ annuētes: ut de uſuris: rapinis: ꝛ al's male acq̄ſitis ſi qb⁹ harū reſtitutio fieri debeat oino īueniri ꝛ ſciri nō poſſint. nec nō de q̄buſcūq̄ꝫ legatis idiſtincte ad pios uſus relictis. dū mō executoꝝ teſtamētoꝝ ad id accedat aſſenſus: ac redēptiōis uotoꝝ q̄ fuerint aucte dioceſanoꝝ pōtificū cōmutata: hieroſolimitañ dū taxat uoto excepto uſq̄ꝫ ad ſūmā cētū marcharꝝ argēti recipe ualeatis: aucte uob pňtiū duxim⁹ ꝯcedēdū: ſi, p ſiliū receptiōe al's nō ſitis a ſede aplica hmōi grāꝫ ꝯſecuti. Jta qđ ſi aliqd de ipſis cētū marchis dimiſeritis: uel reſtitueritis: aut dederitis illis a qb⁹ eos recepitis hmōi dimiſſuꝫ uel reſtitutū ſeu datū nihil ad libationē, pſit eoꝝ: nec quātū ad illud hēant aliq̄ten⁹ abſoluti. Nulli ergo oino hoīuꝫ liceat hāc paginā nře ꝯceſſiōis ifringē uel ei auſu temerario ꝯire. Si qs aūt hoc attēptare pſumpſerit idignationē oipotētis dei ꝛ btōꝝ petri ꝛ pauli aploꝝ ei⁹ ſe nouerit icurſuꝝ. Datuꝫ viterbij ſextodecimo kl' octobris pōtificat⁹ nři anno primo.

**Urbanus** Epus ſu⁹ ſuoꝝ dei Dilecto filio priori gnāli fratrū ordis glioſiſſime dei genitricis ſempq̄ꝫ 51
vgis marie de mōte carmeli ſalutē ꝛ aplicā beñ. Exigētib⁹ ſacro tui ordis religiōis meritis dignū ducim⁹: ut tuis petitionib⁹ maxie q̄ ſalutē ꝯtinēt aiaꝝ fauore beniuolo annuam⁹: tuis itaq̄ꝫ pcib⁹ iclinati ut eos ex frib⁹ tuis q̄, p iniectiōe manuū in ſeipſos excoicatiōis laqueū añ uel poſt ſuſceptū habitū icurrūt: nec nō ꝛ illos q̄ ſcli uanitate relicta cupiētes uře humilitatis collegio aggregari: ſe aſſeruerint excoicatiōe ligatos: ne ipoꝝ ad deū poſſit ꝯuerſio ipediri p te ꝛ alios abſoluē ualeas: ꝛ cū illis q̄ irregularitatis ꝯxerūt maculā diſpēſare plenā tibi ꝛ eis qb⁹ ſup hoc vices tuas cōmiſeris ꝯcedim⁹ aucte pňtiū facultatē: niſi adeo graues fuerint ꝛ enormes exceſſus qđ merito ſint ad aplicā ſedē deſtinādi. Jta tñ qđ ſi ipſi ordinē uřm exiuerint uel dimiſerint: eo ipſo pdictis ſentētijs ſint aſtricti: ꝛ hmōi diſpēſatio nulli⁹ penit⁹ ſit momēti. ꝛ ſi aliq̄ ex eis, ppter debituꝫ ſeu al's pro iure alteri⁹ fuerint ſentētijs pdictis ligati ſup hijs ſatiſfaciāt ut tenent. Nulli ergo oino hoium liceat hāc paginā nře ꝯceſſionis infringē uel ei auſu temerario ꝯire. Si qs autē hoc attēptare pſumpſerit: indignationē oipotētis dei ꝛ beatoꝝ petri ꝛ pauli aploꝝ eius ſe nouerit incurſuruꝫ. Datum apud mōtem flaſconum q̄nto kl' ſeptēbris pōtificatus nři anno primo.

**Alexander** Ep̄s ſuꝰ ſuoꝝ dei dilectis filijs priori gn̄ali ⁊ vniuerſis priorıbꝰ ⁊ frībꝰ ordis glıoſiſſime 52
dei genitricis ſempq; v̄gis marie de mōte carmeli ſalutē ⁊ aplicā beñ. Ex aplici cura tene-
mur officij circa religiōis augumētū attēti ⁊ vigiles īueniri ſup hijs digne vr̄is uotis annuimꝰ: ī qbꝰ honorē vr̄i or
dinis ⁊ aiarū ꝓfectū ꝯtineri ſentimꝰ. Hinc eſt qȯ nos vr̄e pcibꝰ deuotiōis īducti ut uolētibꝰ vr̄o aggregari collegio
⁊ ꝓfeſſionē faciētibꝰ ī ordie vr̄o q̄ ſuſpēſiōis: aut īterdicti: uel excoīcatiōis ſn̄ias ſūt ligati. Uos filij priores abſolō
nis bn̄ficiū iuxta formā eccl̄ie īpartiri: ⁊ ipſos ī fr̄es recipe ualeatis: uobis auc̄te p̄ntiū īdulgemꝰ. Ita tn̄ qȯ ſi alicui
ꝓpt̄ debitū ex eiſdē uel quocūq; mō alterꝰ īure ſentētijs hmōi ſint aſtricti ſup hijs ſatiſfaciāt: ut tenent̄. Nulli ergo
oio hoīuz liceat hāc paginā nr̄e ꝯceſſiōis īfringē uel ei auſu temerario ꝯ͞tire. Si qs aūt hoc attēptare p̄ſūpſerit: īdigna
tionē omp̄tis dei ⁊ btōꝝ petri ⁊ pauli aplōꝝ eiꝰ ſe nouerit īcurſurū. Datū lateran̄. iij. kl̄ apzil̄ pōtificatꝰ nr̄i āno. vij.

**Cū aūt** Sicut dilecti filij Chriſtofori martignoni gn̄alis magr̄i dicti ordis relatiōe ītelleximꝰ. noſq; ēt expıē 53
tia didicimꝰ in miorıbꝰ ꝯſtituti circa lr̄as ⁊ priuilegia hmōi eorūq; vim ⁊ efficaciā nōnulla dubia ſūt
exorta: attēdētes uberes fructꝰ quos dictꝰ ordo ut p̄diximꝰ multa refulgēs glīa meritoꝝ: ⁊ gr̄a redolēs ſc̄itatis in
agro militātis eccl̄ie in ꝓpagatiōe religiōis ⁊ fidei orthodoxe hactenꝰ ꝓduxit: utilr̄ ⁊ ꝓducit: ac in futurū ꝓductu-
rū ſpe firma tenemꝰ. ac illiꝰ ſtatū ꝓſperū ⁊ trāquillū palmites ſuos a mari uſq; ad mare ⁊ ēt ad barbaras exten
do nationes ꝓpt̄ illiꝰ antiq̄tatē in mōte carmelo primariā fundationē ītēſis zelātes affectibꝰ ac cupiētes ut lr̄e ⁊ pri
uilegia p̄dicta ſublatis q̄buſlibet dubitatiōibꝰ īuiolabilr̄ obſuent̄. p̄dictoꝝ quoq; ⁊ alioꝝ diuerſoꝝ roman̄ pōtifi
cū p̄deceſſoꝝ nr̄oꝝ q̄ ordinē p̄dictū uarijs priuilegijs nō īmerito decorarūt: īherētes ueſtigijs motu ꝓprio nō ad
eoꝝ Chriſtofori gn̄alis aut dicti ordis fratrū glīoſiſſime dei genitricis ſempq; v̄gis marie de mōte carmeli ꝓfeſſoꝝ
uel alterꝰ ꝓ eis nobis ſup hoc oblate petitiōis īſtātiā. ſed de nr̄a mera uolūtate ac delibatiōe ⁊ ex certa nr̄a ſc̄ia p̄-
dictas lr̄as Nicholai. iiij. Bonifacij. viij. Clemētis. iiij. Innocētij. iiij. Ioānis. xxij. Alexādri. iiij. Gregorij. xj. Clemētis
vj. Eugenij. iiij. Pij. ij. Urbani. iiij. Calixti. iij. Nicholai. v. Bn̄dicti. xiij. Innocētij. vj. Urbani. vj. Clemētis. v. Pauli. ij.
⁊ alioꝝ plurimoꝝ roman̄ pōtificū p̄deceſſoꝝ nr̄oꝝ lr̄as ēt īdulgētiarū ac aliarū gr̄arū q̄rūlibet ſpūaliū ⁊ tpaliuz
dicto ordini btē marie de mōte carmeli: ⁊ illiꝰ domibꝰ aut frībꝰ ī genē uel ī ſpē quōlibet ꝯceſſas: qs ac ſi de v̄bo ad
v̄bū vna cū lr̄is p̄dictoꝝ pōtificū inſ͛te forēt p̄ntibꝰ hēri uolumꝰ ꝓ expſſis ac oīa ⁊ ſingula ī eis ꝯtēta auc̄te aplica
tenore p̄ntiū approbamꝰ: ⁊ īnouamꝰ: ⁊ denouo ꝯcedimꝰ: ac robur ꝑpetue firmitatis obtinē debē d͛cernimꝰ. ¶ Sup 1
plētes ex certa ſc̄ia ⁊ ꝓprio motu oēs defectꝰ ſiq̄ quoquomō īteruenerint ī eiſdē: ꝓq; potiori cautela oīa ⁊ ſingula
ꝑ Nicholaū. iiij. Bonifaciū. viij. Clemētē. iiij. ⁊ Nicholaū. v. alioſq; p̄deceſſores nr̄os p̄dictos ī eiſdē lr̄is ꝓ ⁊ in fauo
rē dicti ordis carmelitarū: ⁊ illiꝰ domoꝝ ⁊ ꝑſonarū: ēt oblatarū: cōmiſſarū: ⁊ mātellatarū: ac alioꝝ utriuſq; ſexus
quorūlibet ēt cōfratrū: ⁊ ſoroꝝ: ⁊ eccl̄ias: ac domos hmōi viſitātiū: ac illis pias elemoſynas erogātiū quōlibet or
dinata ſtatuta: decreta ꝯceſſa: ⁊ īdulta vim vigorē: ⁊ efficaciā habē: ac fieri ⁊ obſuari debē motu ſc̄ia ⁊ auc̄te p̄dictis
de nouo ordinamꝰ: ⁊ ſtatuimꝰ: atq; decernimꝰ dictoq; ordini ⁊ illiꝰ domibꝰ ⁊ ꝓfeſſoribꝰ ꝯcedimꝰ ⁊ īdulgemꝰ. ¶ Et 2
qꝛ ſicut accepimꝰ: noſq; ipſi in minoribꝰ ꝯſtituti expiētia didicimꝰ circa lr̄as ⁊ priuilegia hmōi nōnulla dubia poſt
modū ſūt exorta habita ſup illis ꝯſideratiōe decēti motu auc̄te ⁊ ſc̄ia ſilibꝰ prio lr̄as Innocētij. iiij. ⁊ Clemētis. iiij.
⁊ ēt Innocētij. vj. ⁊ Alexādri. iiij. ꝑ qs dicti ordis btē dei genitricis marie de mōte carmeli ꝓfeſſoribꝰ ꝯcedit̄: qȯ ad
ſolōnē collectarū: ſeu exactionū q̄rūlibet uel viceſime cogi a nemine ualeāt. ⁊ in p̄fatis Clemētis. iiij. ⁊ Alexādri. iiij.
roman̄ pōtificū p̄fatoꝝ ēt p̄deceſſoꝝ nr̄oꝝ lr̄as p̄dictas in ea pte in q̄ ꝯcedūt dictis frībꝰ: ut de noualibꝰ eoꝝ q̄ ꝓ-
prijs manibꝰ aut ſūptibꝰ colūt: ac de ortis v̄gultis: ⁊ piſcatiōibꝰ eoꝝ nullus ab eis decimas exigē p̄ſumat ad que
cūq; bona dictoꝝ fratrū. ⁊ q̄cūq; onera q̄ ēt ſub cēſuris alterꝰ quote uel ſubſidij ēt caritatiui: aut datij uel pedagij
uel gabelle ſeu alio quouis noīe īdicerent̄ ēt ꝑ aplice ſedis legatos: locoꝝ ordinarios: uel clerū aut pplz uel ſc̄lares
principes ⁊ dn̄os tpales ⁊ alios quoſcūq; exigerent̄: quis ēt aplica auc̄te: nec nō ad q̄ſcūq; decimas ēt qs vulgꝰ pa
pales appellat. ⁊ aplica ſedes ꝓ xp̄iane fidei defenſiōe aut alijs īminētibꝰ ei ꝑſepe neceſſitatibꝰ īdicit: extēdimꝰ ac de
cernimꝰ dicti ordis ꝓfeſſores ēt ſi decie ⁊ onera hmōi ꝑ quoſcūq; exēptos ēt mēdicātiū ordinū ꝓfeſſores ſolui mā
darent̄: cū qbꝰuis ēt derogatoriaꝝ derogatorijs: ac fortioribꝰ ⁊ efficacioribꝰ clauſulis ad decimaꝝ ⁊ oneꝝ hmōi
ſolōnē nō teneri: ⁊ ī illoꝝ ſolōne ceſſādo cēſuras ⁊ penas aliq̄s nō īcurrē niſi p̄ntibꝰ. nō ꝑ gn̄ales: aut alias clauſu-
las ſpālē mētionē īportātes: ſꝫ al̄s ſit derogatū ſpecifice eaꝝ de v̄bo ad v̄bū inſ͛to tenore. ¶ Et ut v̄gies: ⁊ vidue ⁊ 3
ꝯiugate ꝑſōe: mātellate: ſeu pizochē dicti ordis nūcupate p̄dc̄e tāto ſeruētiꝰ iuxta eaꝝ viuēdi ritū ⁊ morē ſb cura ⁊ ſꝫ
īſtituta dicti ordis: ac ordiata ꝑ bonifaciū. ix. ī ſua obediētia nūcupatū: ⁊ Martinū. v. ac Eugeniū. iiij. p̄deceſſores p̄
dictos ꝯfirmata quo ad moniales: v̄gies: ⁊ viduas: ꝯiugatas: ⁊ mātellatas: pizocheras ordis hēmitaꝝ ſc̄i auguſti
ni. ⁊ ꝑ p̄fatū Nicholaū. v. ēt p̄deceſſorē nr̄ꝫ quo ad oīa ⁊ ſingl̄a īdulta priuilegia: ⁊ īdulgētias ordinū p̄dicatoꝝ: ⁊ hē
mitaꝝ: ad v̄gies: viduas: ꝯiugatas ꝑſonas: mātellatas: pinzocheras ordis btīſſime dei gētricis ſpq; v̄gis marie de

mõte carmeli extẽſa: ⁊ ad q̃s v̾gies: mãtellatas: pinzocheras dicti ordĩs btiſſime dei genitricis marie de mõte carme
li ſingula priuilegia: ⁊ idulgẽtias ordini mioꝝ ꝯceſſa: ⁊ idulta motu ⁊ ſcia ſitibꝰ quo ad oia extẽdimꝰ. ⁊ extẽſa uolu
mꝰ ⁊ mãdamꝰ ut eo attẽtiꝰ diuis ſtudeãt uacare bñplacitis. Quãto maioribꝰ priuilegijs: ⁊ fauoribꝰ p̃dicte ſedis co
gnouerint ſe fore refectas: motu: ſcia: ⁊ auc̃te p̃dictis uolumꝰ ⁊ eiſdẽ pſonis ꝯcedimꝰ q̃ oibꝰ ⁊ ſingulis priuilegijs i
munitatibꝰ fauoribꝰ gratijs: ⁊ idultis i ſpũalibꝰ ⁊ tpalibꝰ p̃dictis ordibꝰ: videlꝫ p̃dicatoꝝ: minoꝝ: ⁊ hẽmitaꝝ ſci au
guſtini: ⁊ eoꝝ fribꝰ: ⁊ ꝓ fribꝰ btiſſime dei genitricis ſempq̈ v̾gis marie de mõte carmeli ꝯceſſis: ⁊ ꝯcedẽdis. ⁊ qbꝰ illi
i genẽ quõlibet potiunt: ⁊ gaudẽt: tã i vita: q̃ i mortis articulo ẽt circa pctõꝝ remiſſionẽ ⁊ iniũctarũ penitẽtiarũ rela
xationẽ uti: potiri: ⁊ gaudẽ: ac pticipes eẽ poſſint: ⁊ debeãt. liceatq̈ fribꝰ p̃dictis eiſdẽ pinzocheris: ⁊ mãtellatis pſõis
i earũ ẽt domibꝰ quotiẽs opꝰ fuerit ꝯfeſſionibꝰ diligẽter auditis de abſolõnis bñficio ꝓuidẽ: ⁊ eucharistie: ac extre
me vnctiõis ſacrã miſtrare: ⁊ dũ eos uel eas decedẽ ꝯtigerit. illarũ cadauera ad eorũdẽ fratꝝ eccl̃ias tumulãda de
ferre ẽt eccl̃iaꝝ parochialiũ pſonarũ eorũdẽ rectoꝝ licẽtia deſup mime reqſita: ⁊ ꝯ̃dictiõe q̃cũq̈ nõ obſtãte: ⁊ ne ob
lati ⁊ oblate eiuſdẽ ordis ſuoꝝ iure deuotionis ad ordinẽ ipm fruſtent effectũ. oia ⁊ ſingula certa fr̃es: ⁊ ſorores: ⁊
mãtellatas: ſeu pinzocheras nũcupatas pſonas p̃dictas i p̃ntibꝰ lr̃is ſtatuta ꝯceſſa ⁊ ordinata. aut illis ⁊ fribꝰ p̃di
ctis i eoꝝ cõmodũ ⁊ fauorẽ idulta: ad eaſdẽ dicto ordini nũc ⁊ ꝓ tpe oblatas ⁊ cõmiſſas utriuſq̈ sexꝰ pſonas: eiſ
dẽ ſcia ⁊ motu ⁊ auc̃te extẽdimꝰ: ⁊ ampliamꝰ: ac in eis locũ habẽ debẽ pinde ac ſi ꝓ eiſdẽ oblatis: ⁊ cõmiſſis pſo
4 nis: ⁊ circa illas emanaſſent decernimꝰ: uolumꝰ: ⁊ ordinamꝰ. ¶ Et q̃ ex ꝯceſſione ptinet dictoꝝ Innocẽtij. iiij. Ale
xãdri. iiij. ⁊ Gregorij. xj. p̃deceſſoꝝ q̃ liceat eis cũ iterdictũ gn̄ale tre fuerit. dũmõ cãm nõ dederint iterdicto: clauſis
ianuis excoicatis ⁊ iterdictis excluſis ſubmiſſa uoce miſſas: ⁊ alia diuina officia celebrare: eorũdẽ fratrũ deuotioni
nõ plene ꝯſulit: ꝯceſſionẽ eãdẽ extẽdẽdo eiſdẽ fr̃ibꝰ ut liceat eis habẽ altare portatile cũ debita reuerẽtia ⁊ bonore
ſup quo i locis ad hoc ꝯuenientibꝰ: ⁊ honeſtis: pterq̈ in eccl̃ijs ab ordinarij obediẽtia nõ exẽpti quotiẽs id eis ꝯtige
rit iterdici: poſſint miſſas ⁊ alia diuina officia i quorũcũq̈ p̃ntia celebrare: ⁊ iterdicti tpe ad diuina hmõi cũ eis mã
tellatas: ⁊ pinzocheras: ac oblatas: cõmiſſaſq̈ pſonas ⁊ ipſoꝝ fratrũ ac monaſterioꝝ monialiũ ordis p̃dicti ꝓcu
ratores: aduocatos p̃dictos: ⁊ negocia gerẽtes utriuſq̈ sexꝰ admittẽ p̃fatis ſcia motu ⁊ auc̃te idulgemꝰ. Hijs v̾o qui
ur̃is imorant obſequijs: cũcta libere miſtrare poſſitis eccl̃iaſtica ſacrã: ⁊ ipos decedẽtes in ur̃is cimiterijs ſepelire. Si
qñ aũt i tras i qbꝰ reſidetis uel in earũ pſonas excoicatiõis ſeu iterdicti ſñias ꝯtigerit ꝓmulgari. Pueri ur̃is ſuitijs
deputati: negociorũq̈ ur̃oꝝ ꝓcuratores: ⁊ oparij q̃ in ur̃is locis eoꝝ opibꝰ pſonalr̃ ꝯtinuo iſtiterint hmõi ſñie ob
noxi mime hẽant: ibiq̈ poſſint queãdmodũ fr̃es diuina audire iuxta formã: que locis ipſis ⁊ eoꝝ utriuſq̈ sexꝰ pſo
nis i eo caſu a ſede aplica eſt ꝯceſſa: niſi eidẽ iterdicto cauſam dederint: uel excoicari ſpãlr̃ ſeu iterdici ꝯtingat eoſdẽ.
5 ¶ Et q̃ uos uolũtariã patiẽtes ꝓ chriſti noie pauptatẽ exhortatiõis pio ſtudio bonos ad potiora dirigitis: ⁊ errã
tes i rectitudis ſemitã laudabilr̃ reuocatis: ꝯcedimꝰ ut i excoicatoꝝ tris libere cõmorari: ⁊ ab eis tũc ⁊ ẽt qñ p ipos
uos trãſire ꝯtigerit neceſſaria vite depoſcẽ: ac recipe ualeatis. Gn̄alis quoq̈ i toto ordine libẽ ⁊ ſinguli ꝓuinciales i
eoꝝ ⁊ de ſuis ꝓuincijs p̃dictis fribꝰ ꝯſtitutis ibidẽ necnõ ⁊ fribꝰ alijs eiuſdẽ ordis iterdũ ad eos declinãtibꝰ vnde
cũq̈ abſolõne ⁊ diſpẽſatiõe idigẽtibꝰ ſiue priuſq̈ itrauerit ordinẽ ſiue poſt i caſibꝰ exceſſerint ꝓ qbꝰ excoicationis
uel iterdicti: aut ſuſpẽſiõis icurrãt ſñias a iure uel iudice gn̄alr̃ ꝓmulgatas: ⁊ hmõi ſentẽtijs inodati: aut i locis ſup
poſitis eccl̃iaſtico iterdicto diuina officia celebrãtes: uel ſuſcipiẽtes ordines ſic ligati notã irregularẽ icurrãt abſolõ
nis: ⁊ diſpẽſatiõis bñficiũ ualeãt imptiri: niſi in caſibꝰ in p̃ntibꝰ lr̃is q̃s vulgus mare magnũ appellat exceptis. Fr̃es
quoq̈ ur̃i quos ꝓ tpe uos gn̄alis ⁊ ꝓuinciales: necnõ ⁊ vices ur̃as gerẽtes i ꝓprios habueritis ꝯfeſſores abſolõ
nis ⁊ diſpẽſatiõis bñficiũ uobis cũ expedierit ualeãt ipartiri iuxta formã ꝯceſſiõis ſup abſolõne ac diſpẽſatiõe fra
6 trũ eiuſdẽ ordis i p̃ntibꝰ lr̃is uobis facte. ¶ Ad hec uolẽtibꝰ ur̃e aggregari ſacre religioni qui ſuſpẽſionis aut iterdi
cti uel excoicatiõis ſentẽtijs a iure uel iudice ꝓmulgatis gn̄alr̃ ſint ligati abſolõnis bñficiũ obſuata forma canoni
ca ipartiri. Ipſoſq̈ in fr̃es recipe ac eos q̃ poſt aſſũptũ habitũ ⁊ ꝓfeſſionẽ emiſſam recoluerint ſe talibꝰ i ſeculo fuiſſe
ſentẽtijs inodatos: ſm formã ipſaꝫ uos gn̄alis magr̃: ⁊ ꝓuciales: priores: ac vices ur̃as gerẽtes ualeatis abſoluẽ:
⁊ cũ irregularibꝰ diſpẽſare: ſi forſan talibꝰ inodati ſentẽtijs uel in locis iterdicto ſuppoſitis diuina p̃ſũpſerint officia
celebrare uel ordines recepint. Ita tñ q̃ ſi aliq̃ ex eiſdẽ ſentẽtijs ꝓpt̃ debitũ ſũt aſtricti ſatiſſaciãt: ut tenent. Uolumꝰ
aũt nihilominꝰ q̃ poſtq̈ fuerint abſoluti hmõi uolẽtes aggregari p̃dicte religioni niſi mox ordinẽ ur̃m itrauerint.
q̃cũq̈ ẽt eiuſdẽ ordis p̃latoꝝ licẽtia nõ obſtãte eo ipſo i priſtinas ſñias a qbꝰ eos totalr̃ abſolui ꝯtigerit: relabant.
Ceterũ ur̃a diſcretio caute ꝓuideat ut aplice ſedis legatoꝝ ipſiꝰ ⁊ ordinarioꝝ locoꝝ i abſolõnibꝰ hmõi ſcãdalũ eui
7 tet. ¶ Preterea Ioãnis. xxij. ⁊ Eugenij. iiij. ac Caliſti. iij. p̃deceſſoꝝ nr̃orum ueſtigijs inherẽtes ꝯſtitutionem viẽneñ
conſilij per quam nonnullis mẽdicãtium ordinum ꝓfeſſoribus concedit: ut in eorum eccleſijs ⁊ cimiterijs liberam
poſſint habere ſepulturam: ſalua iuſtitia eccleſiarum parochialium: a quibus mortuorum corpora aſſumuntur:

ad eoſdē frēs btiſſime dei genitricis marie de mōte carmelo per Joānē.xxij.extēſam ⁊ quā p p̄ntes motu ſcia ⁊ uo
lūtate ſilib⁹ extēdim⁹:⁊ p p̄ntes in ꝑpetuū uobis ſepulturā in eccl'ijs:⁊ cimiterijs urīs ꝯcedim⁹:⁊ eā liberā eſſe cēſe
m⁹.ut eoꝝ deuotiōi ⁊ extreme uolūtati qui ſe illic ſepeliri delibauerint:niſi excōicati:aut iterdicti:aut ēt pub lice uſu
rarij fuerint nullus obſiſtat. Ut igit̄ litib⁹ que exinde oriunt̄:aut quōlibet in futurū oriri poterūt:motu:ſcia:⁊ aucte
p̄dictis obuiem⁹:declaram⁹ lib̄tatē huiuſmodi itelligi debē ēt quo ad hoc ut frēs ipſi nulli⁹ ſup hoc petita licētia pa
rochias in qb⁹ corpa p̄dicta forēt cū cruce ꝓceſſionalr̄ igredi:⁊ corpa ipſa leuare:⁊ ad eoꝝ eccl'ias ſepeliēda defer
re poſſint:ubi hoc fieri ꝯſuetū foret.uel p̄ſb̄ri de leuatiōe reqſiti id facē recuſarēt:nec cogantur iuiti ēt p̄textu cuiuſuis
ꝯſuetudis ipſi uel defunctoꝝ ꝯſanguinei illa ad parochiales eccl'ias aut alia loca deferre:⁊ cū illis uel ſine inibi cele
brare uel celebrari facē pro eiſdē defunctis aliq̄ diuina officia añ uel poſt ſepulturā eorūdē. ¶ Juſtitiam aūt eccl'ia 8
rū a qb⁹ corpa ipſa ſumunt̄ iuxta eorūdē p̄deceſſoꝝ nr̄oꝝ:⁊ nr̄am uolūtatē ſaluā eſſe debē decernim⁹.eo caſu quo
dūtaxat apud loca ipſoꝝ fratrū corpa ipſa ſepeliunt̄. Si vō nō apud eos:ſed alios ēt mēdicātiū ordinū ꝓfeſſores
corpa ipſa ꝯtingēt ſepeliri.ex hijs que ad frēs p̄dictos apud quos tūc corpa ipſa nō ſepelirent̄:⁊ de bonis defūcto
rū quōlibet eis obueniret quouis ꝑticulari uel vniuerſali titulo directe uel p obliquū nullā canonicā uel parochia
lē dare teneant̄ portionē.nec ſilr̄ aliq̄ portio debeat̄ de hijs que ad certos detminatos uſus eiſdē frib⁹ uel eoꝝ do
mib⁹ in genē aut in ſp̄e ēt de bonis eoꝝ quoꝝ cadauera apud eos ꝯtingēt ſepeliri:nec ēt in caſib⁹ in qb⁹ p al' eoꝝ
earūdē clemētis.iiij.b̄ndicti.xj.⁊ nicholai.v.ac alioꝝ p̄deceſſoꝝ nr̄oꝝ ſpālia priuilegia frēs ipi ab huiuſmodi ſolo
ne q̄rte ſunt exēpti.nec aliquo caſu de cādelis que dant̄ ad man⁹ frib⁹ q̄rta aliq̄ quōlibet detrahat̄.in reliqs vō caſi
bus q̄ in p̄miſſis in qb⁹ q̄rta ipſa ſoluēda ueniret.ꝯuētiones ſi que ſunt iter frēs p̄dictos ⁊ locoꝝ ordinarios ac ec
cleſiarū rectores inite laudabiles ⁊ honeſte in poſterū obſuent̄. Et ſi forte per nos aut ſedē ap̄licā de pie legatis diſ
poſitis ⁊ relictis in genē uel ſp̄e decima uel alia portio ſeu q̄rta alteri pie uel nō pie cauſe ex q̄uis cauſa hacten⁹ cō
ceſſa foret aut in poſterū ꝯcedi ⁊ ſolui aut dari uel mādari ꝯtingēt.frēs p̄dictos ⁊ illoꝝ domos ac eis legata ⁊ reli
cta aut al's in eoꝝ fauorē diſpoſita in ꝯceſſione ⁊ mādatis huiuſmodi decernim⁹ ⁊ uolum⁹ nō icludi.niſi de ipis fri
bus ⁊ p̄nti decreto ⁊ uolūtate nr̄a nō p gnāles clauſulas.que ēt ſpālē mētionē iportare viderent̄.ſed uera ⁊ ſpeciſi
cata mētio fiat in eiſdē. ¶ Exemptionē quoq̄ ordis domoꝝ fratrū ⁊ bonoꝝ p̄dictoꝝ p Innocētij.iiij.Alexādri.iiij. 9
Innocētij.vj.Gregorij.xj.Joānis.xxij.⁊ Clemētis.vj.p̄deceſſoꝝ eorūdē lr̄as p̄dictas ꝯceſſam:⁊ illi⁹ approbationē
⁊ extēſionē in clemētis.vj.p̄fati lr̄is p̄dictis ꝯtētā:utpote notorias allegationē ⁊ ꝓbationē nō idigē:ac q̄ſlibet excōi
cationis ſuſpēſionis ⁊ iterdicti ſentētias:⁊ quoſcūq̄ ꝓceſſus:q̄ſuis penas:⁊ ſentētias gnāles:uel ſpāles ꝯtinentes
quos ⁊ q̄s ꝓmulgari uel haberi:⁊ oīa que ꝯtra frēs domos ⁊ loca ac pſonas oblatas ⁊ mātellatas dicti ordinis
⁊ in illi⁹ exēptione huiuſmodi quōlibet cōprehēſa ēt rōne cuiuſcūq̄ ꝯct⁹ uel delicti ſeu rei de qua ageret̄ ubicūq̄ ini
atur ꝯct⁹:cōmittat̄ delictū:⁊ res ipſa ꝯſiſtat ferri fieri uel haberi ꝯtigerit:ēt exēptiōe huiuſmodi aliter vō allegata ut
pote notoria nullius roboris uel momēti ⁊ pro iſectis haberi debē pari motu ſcia ⁊ aucte decernim⁹. ¶ Litteras 10
vō fe.re.urbani.iiij.p̄deceſſoris p̄fati per q̄s ꝯcedit̄ idultū quo cauet̄.q̄ frēs p̄dicti ſuoꝝ cōfratruꝫ:⁊ familiariū:⁊
alioꝝ chriſti fideliū cauſa deuotionis ad eos recurrētiū de licētia ſuoꝝ p̄latoꝝ ꝯfeſſiones audire:⁊ eis pro cōmiſ
ſis penitētias iniūgē ualeāt.niſi forte talia cōmiſerint:ꝓpter que merito ſedes ap̄lica eēt ꝯſulēda. Declaram⁹ licētiā
ſuoꝝ p̄latoꝝ illā itelligi debē.quā ordinarij p̄ntatis ad ꝯfeſſiones audiēdas iuxta eiuſdē ꝯſilij vienēñ ꝯſtitutionē
dare ſunt aſtricti. ¶ Ruſus q2 p̄fat⁹ eugenius p̄deceſſor ꝯceſſit gnāli uel ab eo deputatis:ut habeāt circa oēs ſui 11
ordis frēs in ꝯfeſſionib⁹ eoꝝ audiēdis:⁊ penitētijs iniūgēdis:alijſq̄ dūtaxat ſalutē aiarū ꝯcernētib⁹ exequēdis:eā
dē poteſtatē ⁊ facultatē q̄lē in p̄miſſis minores penitētiarij pp in romañ curia p̄ntes ex officio exercebāt:⁊ hēbāt.
⁊ in huiuſmodi ꝯceſſione eis ꝯcedat̄ ſuos dicti ordinis frēs ab oīb⁹ abſoluē exceſſib⁹:cēſuris:⁊ penis niſi talia fo
rēt ꝓpter que merito eſſent ad ſedē ap̄licā deſtināndi.⁊ ꝓpterea que ſint illa ꝓpter que frēs ipſi ſint ad ſedē ap̄licā de
ſtināndi ſepe reuocet̄ in dubiū.ut abſoluētiū ⁊ abſoluēdoꝝ diſpēſantiū ⁊ diſpēſandoꝝ pro tp̄e puritati ꝯſciētie ꝯſu
lam⁹:declaram⁹:hēticos:relapſos:ſciſmaticos:⁊ qui lr̄as ap̄licas falſificaſſent:aut ad iſideles ꝓhibita detuliſſent:
dūtaxat eſſe ad ſedē ap̄licā merito deſtinādos.reliqs vō oīb⁹ etiā ſimonie prauitate q̄litercūq̄ irretitis poſſe per il
los qb⁹ inibi ꝯcedit̄ abſolōnis bñficiū:⁊ diſpēſationis grām:iuxta caſuū exigētiā impartiri. Et q̄ in p̄dicta euge
nij p̄deceſſoris nr̄i ꝯſtitutione de frib⁹ ſit mētio:ad oēs utriuſq̄ ſexus dicti ordis ꝓfeſſores nos de dono ſpālis grē
etiā ꝓprio motu extēdim⁹. Et nihilomin⁹ ut dicti ordinis ꝓfeſſorib⁹ ois uagādi tollat̄ occaſio:⁊ ad ſedē ap̄licā re
currēdi ſubtrahat̄ pro poſſe neceſſitas gnāli dicti ordinis pro tp̄e exiſtēti diſpēſandi cū dicti ordinis glioſiſſime dei
genitricis marie de mōte carmeli ꝓfeſſorib⁹ defectū nataliū ex adulterio:ſacrilegio:iceſtu:⁊ quouis alio nephario
⁊ illicito coitu ꝓueniēte patiētib⁹:nec nō cū hijs qui ex q̄uis cauſa p̄terq̄ homicidij uolūtarij:bigamie:⁊ mutilatiōis
mēbroꝝ:irregulares forēt:poſtq̄ ordinē ipm ꝓfeſſi fuerint:ut defectu ⁊ irregularitate huiuſmodi nō obſtāte irre

gulares ipſi ad quoſcūq; ēt ſacros ordines ꝓmoueri ⁊ in illis ēt in altaris miſterio miſtrare: ⁊ tā ipſi irregulares ꝙ
defectū nataliū patiētes p̄dicti ad quecūq; admiſtrationes ⁊ officia dicti ordis eligi: recipi: ⁊ aſſumi illaq; gerē ⁊ ex
12 ercē libere ⁊ licite ualeāt: motu: ſcia: ⁊ auctē: p̄dictis ꝯcedim⁹ per p̄ntes. ¶ Et qm̄ parochialiū eccliarū rectores p̄fa
ti erga illos qui dictis frib⁹ glioſiſſime dei genitricis marie de mōte carmeli eoꝝ pctā ꝯfitent̄ ꝑſepe ſe reddāt in exhi
bitione eucariſtie ⁊ extreme vnctiōis difficiles: ꝯcedim⁹ ipſis frib⁹ glioſiſſime dei genitricis marie de mōte carmeli
ut eiſdē pſonis eis ꝯfeſſis qb⁹ rectores p̄fati ſine rōnabili cauſa denegauerint: ſeu malicioſe diſtulerīt eucariſtie ſeu
extreme vnctionis ſacra miſtrare: ſup quo eorūdē ꝯfeſſoꝝ aſſertioni ſtari debeat: illa petētib⁹ poſſint ipune exhibē.
13 ¶ Et cū aliqñ ꝯtingat monaſteria monialiū dicti ordis monialib⁹ deſtitui adeo ut de eoꝝ reformatiōe ſpes nulla
ſupſit: ꝯueniētiuſq; ſit qꝺ illoꝝ ſic deſtitutoꝝ bona ad ipſos fr̄es deueniāt: quoꝝ erāt cure cōmiſſa ꝙ ad alios. il
laq; ſic deſtituta exiſtāt: ⁊ deſtitui ꝯtingēt in futurū cū eoꝝ bonis oib⁹ ꝑpetuis uſib⁹ fratrū dom⁹ dicti ordis eiſdē
deſtitutis monaſterijs ꝓpinquorib⁹ applicam⁹. ita ut fr̄es ipſi poſſint de illis ⁊ de eorūdē monaſterioꝝ ſtructuris
⁊ edificijs pro eoꝝ uolūtate diſponē. Prouiſo qꝺ illoꝝ eccl'ie ⁊ oratoria ad ꝓphanos uſus nō redigant̄. ſed in il
14 lis qñq; diuina celebrent officia. ¶ Inſup cū nōnulli ad ordinē p̄dictū glioſiſſime dei genitricis marie de mōte car
meli ſpālē gerētes deuotiōis affectū ordinēt eoꝝ cadauera cū habitu fratrū glioſiſſime dei genitricis ſempq; vginis
marie de mōte carmeli: aut ſoroꝝ ſeu mātellatarū p̄dictarum ſepeliri ne ex illoꝝ corpoꝝ delatione ad alia loca or
dini ⁊ frib⁹ p̄dictis iniuria irroget̄ decernim⁹ tales apud fr̄es ipſos eſſe ſepeliēdos. ēt ſi alibi ſuā elegiſſent ſepulturā.
nec poſſe ēt in loco per eos electo cū habitu p̄dicto quolibet ſepeliri: aut ad ſepeliēdū portari abſq; fratrū dicte do
15 mus uel loci in quo tales deceſſerint expſſa licētia ⁊ aſſenſu. ꝯdictores vō excoicam⁹. ¶ Ceterū ne ſi rōne parochi
aliū eccliarū apud qs dom⁹ fratrū eorūdē ꝯſtructe fuerint aut ꝯſtruent̄ in poſterum locoꝝ ordinarij in eoſdē fr̄es
aliquā ſupioritatē uēdicare tēptarēt: fratrū eorūdē qes in aliquo ꝑturbaret̄. ꝯcedim⁹ ipis frib⁹. ut in ſic ꝯceſſis ⁊ qs
eis cōcedi ꝯtigerit curatis eccl'ijs: poſſint per capellanū per eos pro eoꝝ nutu ponēdū ⁊ ammouēdū curā hmōi ex
ercē ꝙdiu capellanat⁹ hmōi funget̄ officio: ac ſi dicti ordis glioſiſſime dei genitricis marie de mōte carmeli ꝓfeſſor
exiſtēt. dictoꝝ fratrū glioſiſſime dei genitricis marie de monte carmeli libertate ⁊ exemptione fruat̄. Eccl'ie vō p̄di
16 cte ⁊ illarū bona illa qua dom⁹ fratrū dicti ordis ꝓrogatiua letent̄. ¶ Illi p̄terea ꝑticule lr̄arum p̄dictarū Alexādri
iiij. p̄deceſſoris p̄fati in qua frib⁹ p̄dictis eligēdi gnālē priorē dicti ordis facultatē ꝯceditur. motu ſcia ⁊ auctē p̄dictis
adicim⁹: qꝺ idē gnālis prior ſic elect⁹ poſtꝙ electiōis ſibi p̄ntato decreto ꝯſenſerit. itelligat̄ auctē aplīca ꝯfirmat⁹ eo
ipo: ⁊ libere admiſtret ⁊ exerceat que ad ſuū priorat⁹ gnālis ꝑtinet offim̄: reiecta qūis ꝓfeſſoꝝ dicti ordis ⁊ aliorū
ſibi rōne dicti officij ſubditoꝝ appellatione: que ab ei⁹ p̄ceptis monitionib⁹ ordinatiōib⁹ mādatis ⁊ decretis regu
lari diſciplina eorūdē quolibet iterponi ꝯtinget. Priores vō ꝓuinciales ⁊ locales ⁊ alij officiales qui ſcḋm eiuſdem
ordis ſtatuta aliter ꝙ ꝑ electionē a p̄fati ordis magr̄o gnāli iſtituunt̄ poſt ipſam iſtitutionē ſeu ꝓuiſionē de ipſis fa
17 ctā curā aiarū fratrū ſibi ſubditoꝝ habeāt. ipſoſq; ligare ac ſoluē poſſint iuxta ipi⁹ ordis iſtituta. ¶ Rurſus qr in
tellexim⁹ qꝺ ⁊ ſi bone memorie Joānes pp. xxij. p̄deceſſor nr̄ illoꝝ opinionē qui aſſerebāt qꝺ ꝯfeſſi frib⁹ p̄dicti or
dinis btiſſime dei genitricis marie de mōte carmeli: ⁊ alioꝝ ordinū mēdicātiū ad audiēdas ꝯfeſſiones iuxta iuris
diſpoſitionē deputatoꝝ pro tpe tenebant̄: eadē pctā rectori eoꝝ parochialis eccl'ie iterū ꝯfiteri reprobauerit. ⁊ dein
de p̄fat⁹ eugenius reprobationē hmōi approbādo ꝯtra talia aſſerētes tanꝙ de hēſi ſuſpectos per locoꝝ ordinari
os inqri ⁊ ꝓcedi mādauerit: ac ſucceſſiue Nicholaus. v. p̄deceſſor p̄dict⁹ geſta in p̄miſſis ab eiſdē Joāne ⁊ eugenio
p̄deceſſorib⁹ robur ꝑpetue firmitatis obtinē debē decreuerit. Nihilomin⁹ adhuc nōnulli eoꝝ ihērētes ꝓteruie opi
nionē p̄dictā deſup falſos dānatos ⁊ maleſonātes ac reprobos articulos ueros eſſe affirmare nō uerent̄: ut taliū
p̄ſumptuoſa temeritas tāto min⁹ ualeſcat: quāto pluriū erit ſupioꝝ correctiōi ſubiecta ꝯceſſam ꝯtra tales per eiuſ
dē eugenij p̄deceſſoris lr̄as locoꝝ ordinarijs facultatē ad inqſitores hētice prauitatis: ⁊ ad ꝓtectores dicti ordis
glioſiſſime dei genitricis marie de mōte carmeli ⁊ alioꝝ mēdicātiū. videlz p̄dicatoꝝ minoꝝ ⁊ hēmitarū ſci auguſti
ni qui ſunt ⁊ pro tpe erūt: ⁊ auditorē camere aplīce ⁊ ad quēlibet p̄dictoꝝ de per ſe extēdim⁹: ac uolum⁹ qꝺ p̄dicto
rū qttuor ordinū mēdicātiū ꝓtectores nec nō auditor camē aplīce ⁊ inqſitores ipſi qcūq; fuerint eadē q ordinarij
ꝯ tales auctē fugant̄: qꝺ ſi ꝑ quoſcūq; ꝓceſſus lites ꝯtrouerſias quolibet iter ipſos fr̄es ꝑnoiatos: ⁊ eccliarū recto
res: ⁊ ordiarios emergētes ordiarij ipi ſeu qcūq; alij ihibitionē elemoſinarū ꝑ chriſti fideles frib⁹ ipis faciēdā quo
cūq; mō fuerint ꝑlapſi. volum⁹ ⁊ p̄ntiū ꝓcinio decernim⁹ qꝺ oēs ⁊ ſinguli tales ihibētes ipſo facto excoicatiōis
icurrāt ſniam: ꝯtra tales ipi carmelitarū: p̄dicatoꝝ: minoꝝ: ⁊ hēmitarū ſci auguſtini ꝓtectores ⁊ auditor camē apli
ce qui ſūt ⁊ qui ꝑ tpe erūt: ⁊ inqſitores hētice prauitatis ad p̄dictoꝝ fratrū reqſitionē poſſint ⁊ debeāt qlibet eorun
18 dē ꝑ ſe ſicut ꝯ hēticos ꝓcedē. ¶ Et ne p̄textu ꝯſtitutiōis Innocētij. iiij. p̄deceſſoris nr̄i que icipit Uolētes locoꝝ dio
ceſani ⁊ alij ordiarij aut alij qcūq; legati aut qūis auctē utētes in pſonas ⁊ loca aut alia qūis bona dictoꝝ fratꝝ

quouis iusto titulo ad eas ptinētia ꝯ Joānis.xxij.ꝛ Clemētis.vj.pdecessoꝝ nroꝝ ordiationē sibi qcūqꝫ iurisdictio
nē aut supioritatē uēdicare psūpserint.districti⁹ inhibem⁹ ne qsqꝫ absqꝫ sedis aplice spāli cōmissiōe ꝛ aucte de hmōi ꝛ
alioꝝ pdecessoꝝ nroꝝ nō in genē sed de vbo ad vbū spālē faciēte mētionē in psonas domos loca aut alia dictoꝝ
fratrū btissime dei genitricis sempqꝫ vgis marie de mōte carmeli bona utpote ,p:sus exēpta aliqs excoicatiōis int
dicti ꝛ suspēsiōis snias spālr ul' gnālr quōlibet ,pmulgare:aut in psonas domos aut loca hmōi aliquā pemīnētiā
supioritatē ꝛ iurisdictionē quōlibet exercē psumāt.ēt rōne ꝯct⁹ uel delicti seu rei de q ageret ubicūqꝫ iniat ꝯct⁹:cōmit
tat delictū:uel res ipsa ꝯsistat.Decernim⁹ quoqꝫ ex nūc qslibet excoicatiōis suspēsiōis ꝛ iterdicti snias:ꝛ quoscūqꝫ ,p
cessus qsuis penas ꝛ snias gnāles uel spāles ꝯtinētes quos ꝛ qs ,pmulgari uel hēri.ꝛ oia q ꝯ frēs domos ꝛ loca
dicti ordis quōlibet fieri ꝯtigerit ēt eoꝝ exēptiōe utpote notoria nō alr allegata:nulli⁹ roboris uel momēti esse ꝛ ,p
ifectis ,p:sus hēri debē.¶Insup Innocētij.vj.ꝛ Clemētis.iiij.ac Clemētis.vj.pdecessoꝝ nroꝝ idulta de decimis nō 19
soluēdis de ortis vgultis nouallib⁹ ad eoꝝ usuz ptinētib⁹:ꝛ q ,pprijs manib⁹ ꝛ sūptib⁹ colunt spāli priuilegio ut eo
rū utamur vbis.Ea ,ppt dilecti in dño filij uris iustis postulatiōib⁹ clemēter annuim⁹ ꝛ domos uras in qb⁹ diui
no mācipati estis obseqo sub bti petri ꝛ nra ,ptectiōe suscipim⁹ ꝛ pñtis scripti priuilegio cōmunim⁹ ꝛ q de noiatis re
b⁹ pfati pdecessoris priuilegia ꝯcesserūt ad singula bona dictoꝝ fratrū extēdim⁹.vz.quoscūqꝫ ortos ꝛ siluas ac q
cūqꝫ alia bona pdicte dom⁹ ꝛ ordis q impñtiarū iuste ac canonice possidēt aut in futurū ꝯcessiōe pōtificū largitiōe
regū uel pricipū oblatiōe aut fideliū donatiōe siue hēditaria successiōe quā in sclo exñtes tā de iure q̄ de ꝯsuetudie
ad succedēdū fuissēt habiles seu alijs qbuscūqꝫ iustis modis pstāte dño poteritis adipisci firma uob urisqꝫ successo
rib⁹ ꝛ illibata pmaneāt in qb⁹ hec ,pprijs duxim⁹ exprimēda uocabulis Loca ipsa in qb⁹ pfate dom⁹ site sūt cū pti
nētijs suis.vz.cū ecclijs ortis pratis nemorib⁹ usuagijs pascuis i bosco ꝛ plano in aqs ꝛ molēdinis i vijs ꝛ semitis
ac oib⁹ alijs libtatib⁹ ꝛ imunitatib⁹ suis sane noualiū uroꝝ q ,pprijs manib⁹ aut sūptib⁹ collitis siue de ortis vir
gultis vineis ꝛ piscatiōib⁹ uris nullus a uob decimas exigē uel extorquē psumat.¶Liceat quoqꝫ uobis clericos 20
uel laicos liberos uel absolutos a sclo fugiētes ad ꝯuersionē recipe ꝛ eos absqꝫ ꝯdictiōe aliq retinē.Prohibem⁹ i
sup ut nulli fratrū uroꝝ post factā i domib⁹ uris ,pfessionē fas sit sine plati sui licētia de eisdē locis discedē Discedē
tē vo absqꝫ coium lrarū urarū cautiōe nullus audeat retinē qd si qs retinē forsā psūpserit licitū sit uob in ipos frēs
ꝛ eos qui dictos frēs retinēt clericos uel laicos regularē sniam ,pmulgare.¶Insup aucte aplica ,phibem⁹ ut nul 21
lus eps uel qlibet alia psona ad sinodos uel ꝯuēt⁹ forēses uos ire uel iudicio sclari de ,ppria suba uel de possessio
nib⁹ uris subiacē cōpellat Nec ad domos uras cā ordines celebrādi cās tractādi uel aliquos ꝯuēt⁹ publicos cō
uocādi uenire psumat.nec regularē magri uri gnālis electionē ipediat aut de istituēdo uel remouēdo eos qui ,p tpe
fuerint ꝯ statuta ordis uri se aliqten⁹ itromittat.Et nicholai.iiij.ꝛ alexādri.iiij.iherētes uestigijs ꝛ illud adijciētes
ut priores ipsi epō saluo ordine suo obedire debeāt ꝛ ꝯ statuta sui ordis aucte sedis aplice ꝯfirmata nullā obediē
tiā facē cōpellant.¶Pro ꝯsecratiōib⁹ vo altariū seu ecclarū pro oleo scō ꝛ quolibet ecclastico sacro nullus a uo 22
bis sb obtētu cuiuslis ꝯsuetudis uel alio mō qcq audeat extorquē sed ad hec oia gratis uob epi diocesani ut tenent
libe ꝛ gratiose ipēdāt.alioqn liceat uobis quoscūqꝫ malueritis catholicos adire antistites grām ꝛ coiōnē aplice se
dis hñtes qui aplica freti aucte uob qd postulatis ipēdāt.qd si sedes diocesanoꝝ epoꝝ forte uacauerit.iterim oia
ecclastica sacra a vicinis epis libe ꝛ absqꝫ ꝯdictiōe suscipe possitis.si tñ ut ex hoc in posterū ,pprijs epis nullū piudi
ciū generet.Quia vo iterdū ,pprioꝝ epoꝝ copiā nō hētis si quos epos romañ sedis ut dixim⁹ coiōnē ꝛ grām hñ
tes ꝛ de qb⁹ plenā noticiā hēatis p uos trāsire ꝯtigerit.ab eis bñdictionē uasoꝝ ꝛ uestiū ꝛ ꝯsecrationē altariū aucte
aplice sedis recipe ualeatis.Crisma vo oleū scm.ꝯsecrationē altariū seu basilicaꝝ.ordiatiōes clericoꝝ q ad ordies
fuerit ,pmouēdi a diocesanis suscipiatis Epis siqdē catholice ꝛ rite grām ꝛ coiōnē sacrosce romañ sedis hūerint ꝛ
ea uob noluerit sine prauitate aliq exhibē idulgētes.Preterea qꝛ uri ordis frēs de locis ad loca ipsi⁹ ordis sepi⁹ trās
mittunt ,pptea qd stabilē ꝛ ppetuā i certis ꝛ detmiatis eiusdē ordis domib⁹ nō faciūt māsionē qꝛ ēt bonos ꝛ ydo
neos ac approbatos a uob frēs faciatis ad ordies ,pmoueri.Preterea q de ordib⁹ suscipiēdis Joānes.xxij.pdeces
sor pfat⁹ frib⁹ pfati ordis btissime dei genitricis marie de mōte carmeli pfatis ordinarijs idulsit declarādo uolum⁹
qd liceat uob ordinādos frēs eiusdē uri ordis qbuscūqꝫ malueritis catholicis pōtificib⁹ coiōnē ꝛ grām aplice sedis
hñtib⁹ pñtare ipsisqꝫ pōtificib⁹ pñtatos a uob frēs sine qlibet examiatiōe p eosdē pōtifices faciēda ꝛ absqꝫ oi ,pmissi
one uel obligatiōe ipsoꝝ ordinādoꝝ fratrū ad ordies ,pmouē ꝛ eisdē frib⁹ ordines ēt sacros libe ꝯferre.¶Et ut 23
qeti eorūdē fratꝝ dicti ordis uberi⁹ ꝯsulat ꝯstitutiōe recolēde memorie Clemētis pp.v.ēt pdecessoris nri sup domi
b⁹ ,pfessoꝝ ordis mēdicātiū ,ppe domos alioꝝ ordinū mēdicātiū ,pfessoꝝ ifra spaciū cētū qdragita cānarū de no
uo nō recipiēdis ad oēs alios religiosos alioꝝ ordinū tā mēdicātiū q̄ nō mēdicātiuz utriusqꝫ sex⁹ ꝛ qscūqꝫ alias
ecclasticas psonas ,ppe domos fratꝝ dicti ordis de mōte carmeli noua ecclias ꝛ loca ꝯstruē uel alias de nouo re

cipe ⁊ habē uolētes extēdim⁹ ita ut nulli eoꝝ īfra p̄dictū ſpaciū cētū q̄draginta cānarū ēt per aerē mēſurādarū ubi
al̄s cōmode per terrā mēſurari nō poſſet edificare de nouo ſeu ꝯſtruē aut edificata ſeu ꝯſtructa de nouo recipe aut
īhabitare iuxta loca p̄dictoꝝ fratrū de mōte carmeli p̄ſumāt. Si q̄s v̄o cuiuſuis ꝯditiōis ſtat⁹ aut dignitatis fuerit
qui ꝯtra p̄dicti Clemētis p̄deceſſoris ꝯſtitutionē ⁊ nr̄am ampliationē uenire aut agē p̄ſūpſerit tā īpē q̄ꝫ fauorē ⁊ au
xiliū p̄ſtātes ipſo facto ſniam excoicatiōis īcurrāt ⁊ quā ferim⁹ in hīs ſcriptis ⁊ nihilomin⁹ cūcta ⁊ ſingula ab eis
25 facta pro īfectis hēant. ¶ Ad hec nouas ⁊ īdebitas exactiōes ab archiep̄is ep̄is archidiaconis ſeu decanis alījſq̄
oīb⁹ eccl̄iaſticis ſcl̄arib⁹ ue p̄ſonis a uobis oīno fieri ꝓhibem⁹. Sepulturā quoq̄ ut ſupra in eccl̄ijs ur̄is liberā eſ-
ſe decernim⁹. Preterea ortos ⁊ ſiluas ad ius eccl̄iarū ur̄arū ſpectātes que a laycis detinent redimēdi ⁊ legitime li-
26 berādi de manib⁹ eoꝝ ⁊ ad eccl̄ias ad q̄s ꝑtinēt reuocādi libera ſit uobis auc̄te ap̄lica facultas. ¶ Obeūte v̄o ue
ſtro gn̄ali maḡro uel ſuoꝝ quolibet ſucceſſoꝝ nullus ibidē q̄libet ſurreptiōe aſtutia ſeu violētia ꝓponat. niſi quem
fr̄es cōi ꝯſenſu uel eoꝝ maior pars ꝯſilij ſanioris ſc̄ꝫ deū ⁊ btīſſime dei genitricis marie de mōte carmeli regulā ⁊
ꝯſtitutiōes ꝓuiderint eligēdū paci quoq̄ ⁊ trāquillitati ur̄e p̄n̄a in poſterū ſolicitudine ꝓuidē uolētes auc̄te ap̄li-
ca ꝓhibem⁹ ut īfra clauſuras locoꝝ ur̄oꝝ nullus rapinā ſeu furtū facē ignē apponē ſanguinē fundē hoīem temē
27 cape uel īterficē ſeu violētiā quācūq̄ audeat exercē. ¶ Preterea Nicholai. iiij. Bonifacij. viij. Clemētis. iiij. p̄deceſſo
rū nr̄oꝝ romanī pōtificū ueſtigijs īherētes oēs libtates īdulgētias peccatoꝝ remiſſiones īmunitateſq̄ a p̄deceſſo
rib⁹ nr̄is romanī pōtificib⁹ locis ur̄is ꝯceſſas nec nō libtates ⁊ exēptiones ſcl̄ariū exactionū a regib⁹ ⁊ principib⁹ ⁊
q̄ſcūq̄ res uobis uel alījs fidelib⁹ rōnabil̄r īdultas auc̄te ap̄lica ꝯfirmam⁹ ⁊ p̄n̄tis ſcripti priuilegio cōmunim⁹. De
cernim⁹ ergo q̄ꝺ nulli oīno hoīum liceat p̄fatas domos temē ꝑturbare aut ei⁹ poſſeſſiōes auferre uel ablatas quo
quomō retinē ſeu q̄buſlibet uexationib⁹ fatigare ſed oīa itegre ꝯſeruent eoꝝ pro quoꝝ gubnatione ac ſubſtētatio
ne ꝯceſſa ſunt uſib⁹ oīmodis ꝓfuturis ſalua ſedis ap̄lice auc̄te ⁊ dioceſanoꝝ ep̄oꝝ canonica iuſtitia in p̄n̄tib⁹ l̄ris
declarata. ¶ Statuētes p̄terea ap̄lica auc̄te ⁊ p̄n̄tiū tenore ꝯcedētes uolum⁹ ⁊ ordinam⁹ q̄ꝺ decetero ꝑpetuis futu
ris t̄pib⁹ tā maḡro gn̄ali q̄ꝫ cuilibet dicti ordinis officiali priorib⁹ dicti ordinis ſc̄m morē ⁊ īſtituta eiuſdē ordinis in
q̄buſcūq̄ ꝓuincijs ꝯſtitutis tā p̄n̄tib⁹ q̄ꝫ futuris ſit licitū ac ꝑmiſſum q̄ſcūq̄ mulieres ⁊ utriuſq̄ ſexus ꝑſonas ſi al̄s
ſint ydonee ⁊ aliud canonicū nō obſiſtat que habitū regularē p̄dicti ordinis ad īſtar mātellatarū ſeu pinzocheraꝝ
aut fratrū de penitētia tertij ordis ordinū fratrū minoꝝ ⁊ p̄dicatoꝝ nec nō hēmitarū ſc̄i auguſtini habē uoluerint
⁊ geſtare tā v̄gines ac matronas q̄ꝫ viduas ac mātellatas ſeu pinzocheras ⁊ utriuſq̄ ſexus ꝑſonas dicti ordis car
melitarū recipe ⁊ admittē ac earū ſingulis habitū regularē ac regulā eiuſdē ordis carmelitarū ad īſtar hmōi mātel
latarū ſeu pinzocherarū utriuſq̄ ſexus ordinū ⁊ utriuſq̄ ſexus ꝑſonarū ordinū fratrū minoꝝ ⁊ p̄dicatoꝝ nec nō
⁊ hēmitarū ſc̄i auguſtini p̄fatoꝝ ꝓut ſc̄m deū ſaluti aīarū earūdē ꝑſonarū ſalubri⁹ viſum fuerit expedire ēt exhibē
que ſic recepte ⁊ in poſterū recipiēde auc̄te p̄fata gaudeāt ⁊ gaudē poſſint ⁊ debeāt tā exēptiōis priuilegio q̄ꝫ oībus
īmunitatib⁹ libtatib⁹ īdulgētijs ⁊ alījs priuilegijs q̄buſcūq̄ p̄fato ordini btē dei genitricis marie de mōte carmeli
eiuſq̄ fr̄ib⁹ ac ꝑſonis per ſedē ap̄licā iā ꝯceſſis ⁊ que in poſterū ꝯcedent q̄tinus hmōi exēptiōis priuilegiū īmunita
tes libtates īdulgētie ac quecūq̄ alia priuilegia ipſis priorib⁹ ⁊ fr̄ib⁹ ordinis de mōte carmeli cōpetūt uel cōpetere
p̄n̄t ſeu poterūt ⁊ priores ⁊ fr̄es ac loca ipſa eſſe capacia eorūdē ꝯſtitutionib⁹ ap̄licis ac ſtatutis ⁊ ꝯſuetudinib⁹ tā
28 ur̄i q̄ꝫ alioꝝ ordinū quorūcūq̄ ⁊ alījs ꝯ̄trijs nō obſtātib⁹ q̄buſcūq̄. ¶ Prefati quoq̄ Bonifacij. viij. p̄deceſſoris
nr̄i ꝯceſſionē nr̄am per quā uoluit q̄ꝺ ꝓuinciales dicti ordinis poſſint licēt ā dare fr̄ib⁹ ydoneis ad chriſti fidelib⁹
ꝓponēdū v̄bū dei de licētia dioceſanoꝝ petitioni eoꝝ nō plene ſatiſfit. Propterea declarādo uolum⁹ ⁊ hoc q̄r īter
ſolicitudines nr̄as illa decet eſſe p̄cipua ut ſup d̄nicū gregē nobis cōmiſſum obſuem⁹ vigilias īdefeſſam exerceam⁹
curā ⁊ exactā diligētiā apponam⁹ ne illū lupus rapax īuadat ⁊ ei⁹ ſanguis ſc̄m ꝓphetā q̄ꝺ abſit de nr̄is manib⁹
req̄rat̄ hoc aūt bn̄ fit ſi oleo dulcedinis v̄bi dei foueant̄ ſubditi ⁊ īcrepatiōis vino pctōrū ſuoꝝ medeant̄ vulnera
⁊ penitētie acrimonia purgata tegant̄ ad id v̄o exequēdū ſc̄ia diuine legis expoſcit̄ deſiderat⁹ ordo ⁊ vite ītegritas
flagitat̄ ſcriptū eſt enim Tu ſciam repuliſti ⁊ ego te repellā ne ſacerdotio fungaris mihi q̄r labia ſacerdotis cuſtodi
unt ſciam ⁊ legē req̄rūt ex ore ei⁹ al̄s ꝓut ad eū ꝑtinet īter leprā ⁊ leprā nō poſſet diſcernē nec peccator exiſtēs dei
deberet narrare iuſtitias ⁊ teſtamētū illi⁹ aſſumē per os ſuū. Nā cui⁹ vita deſpicit̄ ꝯſequēs eſt ut ei⁹ p̄dicatio ꝯtē-
nat̄. Quapropter ut ipſi gregi eadē cura nr̄a eo plenior īpēdat̄ quo plures oparij in agro d̄ni fuerit ꝯſtituti ſacerq̄
ueſter ordo qui ſacerdotib⁹ abūdat ⁊ in ſuis fr̄ib⁹ viget ſc̄iētia ⁊ vite ſinceritate per dei gr̄am pollet in eodē agro
fruct⁹ uberes afferat: tu fili prior gn̄alis per te uobis v̄o ꝓuinciales priores in ꝓuincialib⁹ ur̄is cap̄lis cū diffini-
torib⁹ ipſoꝝ cap̄loꝝ fr̄ib⁹ eiuſdē ur̄i ordinis ſacerdotib⁹ in ſacra pagina eruditis examinatis ⁊ approbatis a uo-
bis p̄dicationis ⁊ tā ipſis q̄ꝫ alījs fr̄ib⁹ dicti ordinis ad id ydoneis audiēdi ꝯfeſſiones abſoluēdi ꝯfitētes īniūgendi
eis penitētias ſalutares officia auc̄te ap̄lica cōmittēdi eiſdē quoq̄ fr̄ib⁹ q̄b⁹ dicta officia per uos tal̄r cōmiſſa fue-

rint.ꝙ̄ illa libere ualeāt exercē Plenā tenore p̄ntiū damus ⁊ ꝯcedimus facultatē ac uolumꝰ ꝙ̄ frēs dicti ordinis
quos ſ̄m illius ꝯſtitutiones in domibꝰ ſuis deputari ꝯtigerit in lectores cū dicti ordinis magr̄i gn̄alis licētia libere
in domibꝰ p̄dicti ordinis legē ⁊ docere ualeāt in facultate theologica ⁊ principia ſolēniter facē illis locis exceptis
in qbꝰ ſtudia vigēt gn̄alia diſtrictius īhibētes ne q̄s frēs ipſiꝰ ordinis qbꝰ dicta officia taliter cōmittēda duxeritis in
executione officioꝝ ipſoꝝ audeat quōlibet īpediri. Et q̄z ꝓhibētibꝰ cōſtitutionibꝰ nr̄is nulli fratrū ur̄oꝝ eſt licituꝫ
pp̄lo p̄dicare niſi a magr̄o gn̄ali ur̄i ordinis examinatꝰ ⁊ approbatꝰ fuerit ⁊ ſibi ipſi p̄dicatiōis offm̄ ab ipſo ꝯceſ-
ſum uos p̄dictis fratrū laboribꝰ ⁊ ꝑiculoſis diſſentionibꝰ euitādis nec nō ut aīarū ſalus poſſit inde faciliꝰ ꝓuenire
ſuꝑ ꝓhibitione hm̄ōi oportune ꝓuiſionis remediū apponētes ut ſinguli priores ꝓuinciales in ſuis ꝓuincijs cū dif-
finitoribꝰ in ꝓuincialibꝰ capl̄is ꝯgregatis frēs in ſacra pagina eruditos examinare ⁊ approbare ⁊ eis offm̄ p̄dica-
tionis deū hn̄do pre oculis cōmittē ualeāt ſicut ex forma p̄dicti ordinis cōſtitutionū magr̄ poterat gn̄alis plenā au
ctoritatē p̄ntiū ꝯcedimus facultatē. ¶ Cūq̄ꝫ per ꝯceſſiones Clemētis.iiij. ⁊ Urbani ēt.iiij. p̄deceſſoꝝ p̄dictoꝝ qbꝰ ca 30
ueē ꝙ̄ liceat fribꝰ btiſſime dei genitricis marie de mōte carmeli tā in locis ⁊ oratorijs ſuis q̄ in alijs decētibꝰ locis
extra loca ⁊ oratoria ſua corā p̄latis principibꝰ ⁊ magnatibꝰ dū ab eis uel eoꝝ ex ꝑte fuerint reqſiti cū altari por
tatili celebrari deuotiōi eoꝝ nō plene ꝯſulit ꝯceſſionē eādē extēdētes eiſdē fribꝰ ut corā qbuſcūq̄ꝫ ꝑſonis cuiuſcūq̄ꝫ
ſexus uel ſtatꝰ tā in eoꝝ domibꝰ q̄ extra dū tn̄ loca ſint honeſta libere poſſint cū altari portatili miſſas ⁊ alia di-
uina officia celebrare ⁊ in locis publicis pp̄lo p̄dicare abſq̄ꝫ tn̄ iuris parochialiū eccl̄iarū p̄iudicio. ⁊ ne de iure hu
iuſmodi poſſit aliq̄ q̄ſtio ſuboriri iuris hm̄ōi appellatiōe ītelligimꝰ decias ⁊ primicias dū taxat que a laycis ſolēt
clericis exhiberi. ¶ Ceterū cū nō obſtāte ꝯceſſione Innocētij.iiij. p̄dictis fribꝰ facta qua caueē ne de aliqbꝰ cauſis a 31
ſede ap̄lica cōmittēdis īuiti cognoſcē teneanē. ſuꝑ hm̄ōi cauſis audiēdis ab aliqbꝰ moleſtenē q̄eti eoꝝ ⁊ paci ꝓuidē
uolētes eis motu ſcia ⁊ auc̄te p̄dictis ꝙ̄ ad id per lr̄as ap̄lice ſedis aut legatoꝝ a latere ſeu quorūcūq̄ꝫ alioꝝ lega
toꝝ uel ſb̄delegatoꝝ ipſiꝰ ⁊ ad pecuniā colligēdā īuiti cōpelli nō poſſint ꝙ̄q̄ꝫ nullus eoꝝ collectoꝝ uel viſitatoꝝ
uel inq̄ſitoꝝ offm̄ monaſterijs uel eccl̄ijs ſeu qbuſcūq̄ꝫ ꝑſonis īpēdere ⁊ ad cognitiōes cauſarū citatiōes ptiū ⁊ de
nūciationē ſn̄iarū īterdicti uel excoicationū ꝓcedē aut recipe curā monialiū ſeu religioſaꝝ q̄rūlibet ꝑſonarū teneā-
tur ꝑ ap̄licas lr̄as īpetratas uel in poſterū īpetrādas niſi hm̄ōi ap̄lice lr̄e de hoc īdulto ⁊ ordine p̄dicto exp̄ſſam fe
cerint mētionē p̄dictis motu ſcia ⁊ auc̄te ap̄lica īdulgemꝰ ꝯcedimꝰ quoq̄ꝫ eiſdē ēt ut ad viſitādū aliq̄ mōaſteria mo-
nialiū cuiuſcūq̄ꝫ ordis uel ad audiēdū ꝯfeſſiones earū cōpelli aliq̄tenꝰ nō poſſint uel ad recipiēdū cōmiſſiones cau
ſarū ſeu ſn̄iarū exhibitiones uel alia ꝯtingētia cauſas ipſas per lr̄as ap̄lice ſedis in qbꝰ facta nō fuerit de īdulgētia
hm̄ōi mētio ſp̄alis nullus inſuꝑ legatꝰ uel ſubdelegatꝰ p̄triarcha archiep̄s ep̄s nulluſq̄ꝫ alius p̄latꝰ eccl̄iaſticus uel
eoꝝ vicarij uel officiales ad portādū ſeu deferēdū lr̄as: uel exequēdū uel denūciādū ſn̄iam ꝯtra principes ſcl̄ares
coītates pp̄los ſeu quoſcūq̄ꝫ bn̄factores eoꝝ nulluſq̄ꝫ delegatꝰ uel ordinarius iudex ad faciēdū citationes uel cō
miſſiones recipiēdas ſiue ꝙ̄ ſint in cauſis aliqbꝰ aſſeſſores ſeu ad alia lites ſeu ꝯtrouerſias ꝯtingētia in cauſis que
corā ipſis tractanē quēpiā ipſoꝝ dicti ordis fratrū cōpellē ualeāt ſine p̄dicte ſedis mādato uel licētia ſp̄ali exp̄ſſaꝫ
faciēte de hac īdulgētia mētionē nec q̄ſq̄ eoꝝ parē uel ītēdē teneaē ſuꝑ hijs monitionibꝰ mādatis aut iuſſionibus
eorūdē aut facē uel implē ꝙ̄ in hac ꝑte duxerint iniūgēdū. ¶ Ceterū gn̄alis magr̄ uel priores ꝓuinciales ac ipſo 32
rū vicarij illos ex fribꝰ de qbꝰ auc̄te lr̄arū ſedis ap̄lice uel legatoꝝ ipſiꝰ archiep̄is ⁊ ep̄is ac alijs qbuſcūq̄ꝫ ꝓuiſuꝫ
extitit uel in poſterū ꝯtigerit ꝓuideri corrigē ac etiā nō obſtāte ꝯdictione aliq̄ poſſint ad ſuū ordinē reuocare nec ꝑ
lr̄as eiuſdē ſedis ſeu legatoꝝ ipſiꝰ iā obtētas uel decetero obtinēdas aliquos de fribꝰ ipſius ordinis p̄fatis archi
ep̄is ⁊ ep̄is aut alijs teneanē in ſocios deputare niſi dicte lr̄e ap̄lice obtinēde de īdulto hm̄ōi ⁊ ordine ipſo exp̄ſſam
fecerit mētionē ⁊ al̄s id honeſtati ordinis ⁊ illoꝝ ſaluti viderint expedire. Nullus aūt legatꝰ etiā de latē nr̄o miſſuſ
auc̄te lr̄arū ſedis ap̄lice ſp̄alē de hoc īdulto ⁊ ordine ur̄o nō faciētiū mētionē Nulluſq̄ꝫ p̄latꝰ nec aliq̄ ꝑſona religio
ſa uel ſecularis de fribꝰ eiuſdē ordis ad ſua ſeu eccl̄ie negocia ꝓcurāda uel ſecū manēdū aliquos aſſumē ualeat ni
ſi quos gn̄alis magr̄ in toto ordine ⁊ priores ꝓuinciales in ſuis ꝓuincijs ipſoꝝ tanq̄ ydoneos ⁊ diſcretos ſibi du
xerint aſſignādos quos ēt ſubiacē uolumꝰ ordis diſcipline illos vō ipſiꝰ ordinis frēs qui ad p̄dicādū crucē uel in
quirēdū ꝯtra prauitatē hēticā ſeu ad illa hm̄ōi negocia ſunt uel fuerunt ubicūq̄ꝫ a ſede ap̄lica deputati tu fili gn̄alis
magr̄ tuiq̄ꝫ ſucceſſores remouē ſeu reuocare penitꝰ trāſferre ipſiſq̄ꝫ ꝙ̄ ſuꝑſedeāt iniūgē alioſq̄ꝫ ſubſtituē cū expedi-
re videritis libere ac licite ualeatis ⁊ in eos ſi ꝯtrauenerint cēſurā eccl̄iaſticā exercē ac q̄libet ꝓuincialis prior uel eiꝰ
vicariꝰ eiuſdē ordinis idip̄m in ſua ꝓuincia circa frēs ipſiꝰ ordinis qbꝰ ab eadē ſede ſi ſīlia cōtigerit in illa cōmitti
facē poſſit. Nō obſtātibꝰ aliqbꝰ lr̄is uel īdulgētijs ap̄licis īpetratis uel ēt in poſterū īpetrādis que de hoc nō fece-
rint mētionē. ¶ Inhibemꝰ quoq̄ꝫ ne q̄s poſt ꝓfeſſionē in ordine ur̄o factā ſine gn̄alis uel ſui ꝓuincialis licētia di- 33
ſcedat ab ipſo diſcedētē vō abſq̄ꝫ cautione lr̄arū alteriꝰ ipſoꝝ p̄textu alicuius priuilegij ap̄lice ſedis nullus audeat

retinẽ q͛ ſi forte retinẽ ꝑſūpſerit gnāli magr̄o in toto ordine ⁊ ꝓuincialib⁹ priorib⁹ in ſuis ꝓuincijs dū taxat licitū ſit in ipſos diſcedẽtes fr̄es ſniam excoicatiōis ꝓmulgare. Si vō aliqui de frib⁹ ur̄i ordis poſt obtētā licētiā a ſede ꝑdicta aut a magr̄o gnāli ad religionẽ aliā trāſeūdi īfra duos uel tres mēſes ſe ad aliā religionẽ ſue ſaluti ꝯgruā nō ꝯtulerint ⁊ ipſi⁹ nō ſuſcepint habitū regularẽ licitū ſit tibi fili gnālis ac vices tuas gerēti ꝯtra ipſos tanꝙ ꝯtra alios ordis ur̄i apoſtatas ꝓcedẽ ſm q͛ honeſtati ipſi⁹ ordis videritis expedire. Jllud idẽ ītelligi uolumus de illis qui poſt ſuſceptionẽ habit⁹ alteri⁹ religionis īfra tēpus ꝓbatiōis nulla ꝓfeſſiōe facta ide ꝑſūpſerint reſilire Apoſtatas quoqȝ ur̄i ordis iuxta alexādri.iiij. ꝯſtitutionẽ ⁊ nr̄am p̄ntē ꝯceſſionẽ excoīcare cape ligare īcarcerare ⁊ al's ſubdẽ diſcipline rigori poſſitis per uos ac ēt alios a uobis deputatos in quocūqȝ habitu ⁊ loco ēt ſi in curia nr̄a eos ꝯtigerit īueniri in qua ſicut extra nos ſup ur̄os ſubditos rōne ꝓfeſſiōis tā tacite ꝙ expſſe emiſſe ordinarios ꝓprio motu ⁊ ſcia ſilib⁹ aucte aplīca deputam⁹ īuocato ad hoc ſi opus fuerit brachij ſecularis auxilio. Jnhibemus ēt ne fr̄es quos ab ordine ur̄o pro ſuis culpis per gnālē magr̄m expelli ꝯtigerit uel qui egreſſi fuerint ꝓprio ſuo motu ꝑdicare cōfeſſiones audire ſeu docẽ ꝑſumāt niſi ad aliū ordinẽ in quo licite hmōi exerceant officia trāſierint de nr̄a uel dicti gnālis magr̄i ſpāli licētia q͛ ſi forte ipſi ꝯtra hmōi īhibitionẽ nr̄am aliq̄d ſup p̄miſſis temẽ attēptare ꝑſūpſerint ꝓuinciales priores ⁊ locales ⁊ eoꝝ vicarij in illos quos īfra fines ſuarū ꝓuinciarū iuxta ꝯſuetudinẽ ordis ur̄i exiſtētes īuenerint talia ꝑſumētes monitione p̄miſſa aucte aplīca excoicatiōis ualeāt ſniam ꝓmulgare: eiectos aūt de ordine ur̄o uel egreſſos qui a receptione in eodẽ ordine ſuis culpis exigētib⁹ reddiderint ſe indignos ⁊ alios fr̄es eiuſdẽ ordis ex rōnabili cauſa ad quoſcūqȝ ordines approbatos p̄terꝙ ad bt̄i auguſtini tēplarioꝝ hoſpitalarioꝝ ⁊ alioꝝ religioſoꝝ arma portātiū ad euitādū occaſionẽ euagandi gnālis magr̄ tm̄ uel eiuſdẽ vicarius de ſuo ſcitu cū ſuis teſtimonialib⁹ lr̄is aucte nr̄a licētiādi liberā habeāt facultatẽ. Nos enim diſtricti⁹ īhibem⁹ ne tales ad aliū ordinẽ talr̄ trāſire uel aliqui eos recipe ſeu retinẽ ꝑſumāt abſqȝ licētia ſpāli ſedis aplīce faciēte de hac īhibitione plenariā mētionẽ. Jnhibem⁹ ēt ut nullus ſiue ſit in religione ⁊ ordine ſiue extra ordinẽ ꝯſtitut⁹ habitū ur̄m aut ita cōſimilẽ q͛ ꝓpt̄ eū fr̄ carmelitarū credi poſſit deferre audeat abſqȝ ſedis aplīce mādato ſpāli ⁊ ut dicta īhibitio maiorẽ ꝯſequat̄ effectū ſtatuim⁹ ut hij qui habitū ur̄m uel ſibi ꝑdicto mō cōſilẽm deferre ꝑſūpſerint ad deponēdū ipm̄ p dioceſanos locoꝝ cū a uobis req̄ſiti fuerint monitiōe p̄miſſa per cēſurā eccl'iaſticā appellatione poſtpoſita cōpellant̄.

34 ¶ Quia vō nōnulli ur̄e religionis habitū ſumētes diuerſis ꝑſonis que ſciri ⁊ īueniri nō p̄nt īterdū aliq̄ bona reſti-
tuẽ tenent̄ Uobis magr̄ gnālis ⁊ priores ꝓuinciales ac priorib⁹ localib⁹ ꝯcedim⁹ ut ſinguli ueſtrū in locis ſibi cō-
35 miſſis bona ipſa in pios uſus ꝯuertẽ ualeāt ꝓut ſm deū viderint expedire. ¶ Jnhibem⁹ īſup vniuerſis frib⁹ ur̄i or-
dinis ne aliq̄s eoꝝ niſi neceſſitate urgēte alijs ꝙ ꝑlatis ſuis peccata ſua ꝯfiteri ꝑſumat uel alijs eiuſdẽ ordis ſacer-
36 dotib⁹ ſm regulā ⁊ ipſi⁹ ordis īſtituta. ¶ Uniuerſis aūt eccl'iarū ꝑlatis ⁊ alijs īhibem⁹ ne ꝓfeſſiones ur̄as uobis īuitis audire uel cōpellẽ uos ad ſinodos ſeu ꝯuocatiōes ſuas accedẽ uel cū eis extra ciuitates uel ītra ꝓceſſionalr̄ exire, aut ſuis ꝯſtitutionib⁹ ſubiacẽ uel iuramēto firmatā uel manualẽ obediētiā a priorib⁹ ꝓuincialib⁹ uel localibus uel q̄buſcūqȝ alijs ur̄is frib⁹ exigẽ aut de ipſoꝝ īſtitutione uel deſtitutione ſiue de ſtatutis ur̄i ordis ſe aliq̄ten⁹ ītromittẽ ſeu ꝓhibẽ ne ad ciuitates uel villas ubi religioſe ac honeſte morari poſſitis a pp̄lis euocati audeatis accedẽ vbiqȝ pro ur̄is uſib⁹ ꝯſtruẽ edificia eccl'ias ſeu oratoria aut in accedētes fr̄es ſeu in cōſtruentes hmōi uel rece-
37 ptatores ipſoꝝ excoicationis ſnias ferre ꝑſumāt. ¶ Cōcedim⁹ quoqȝ uobis motu ⁊ ſcia ſilib⁹ ut de illis que in ornamētis uel pro eis aut libris fabrica luminarib⁹ anniuerſario ſeptimo vigeſimo trigeſimo aut alijs ad ꝑpetuum cultū diuinū ſeu pro pitātijs aut victu ad ſuſtētationẽ ur̄am uel īdumētis nec nō pro annuis cēſibus redimēdis ad quoꝝ ſolōnẽ aliq̄ue dom⁹ ur̄i ordis obligate noſcunt̄ uel de domib⁹ ꝑdijs ⁊ ortis alijſqȝ locis uobis īſtituta ur̄i ordis oportunis aut de hijs que pro hmōi domib⁹ ꝑdijs ortis ⁊ locis emēdis uobis legant̄ dūmodo p̄miſſa nō ꝯuertant̄ in uſus alios ſed in illos dū taxat pro q̄b⁹ relinquunt̄. Aut alios ēt qui in Nicholai.v. ꝯceſſione ⁊ hac nr̄a īdulgētia ꝯtinent̄ nulli canonicā iuſtitiā aut portionẽ aliquā teneamini exhibẽ: Et ne q̄s a uobis uel ultimarū executorib⁹ uolūtatū ſeu decedētiū hẽdib⁹ de p̄miſſis aliq̄d exigẽ uel extorquẽ ꝑſumat: Diſtricti⁹ īhibem⁹. ad hoc liceat frib⁹ ur̄i ordis cū de priorib⁹ locis ſuis ad alia loca ſe trāſferāt tā edificia ſeu oēm edificioꝝ materiā locoꝝ que dimittūt (dedicatis eccl'ijs dū taxat exceptis) ꝙ libros calices ⁊ paramēta ſecū ad alia loca trāſferre ac edificia ipſa cū ſolo ⁊ alijs ad eadẽ loca ꝑtinētib⁹ p̄terꝙ eccl'ias per ꝑſonas ad hoc a ſede aplīca deputatas uẽdere: ipſorūqȝ ꝑcium in alioꝝ locoꝝ ad que dicti fr̄es ſe trāſferūt edificationẽ ſeu alias in eoꝝ utilitatẽ ꝯuertẽ ſm q͛ eis meli⁹ videbit̄ expedire cū ipſa priora ⁊ alia loca fratrū ad aplīcā ſedẽ ⁊ ad ꝑdictū ordinẽ btīſſime dei genitricis marie de monte carmeli ſpāliter ⁊ īmediate ꝑtinẽ noſcunt̄. Et ne aliqui archiepī uel epī aut alij eccl'iarū ꝑlati ſeu q̄uis alia ꝑſona eccl'iaſtica uel ſecularis ꝑdicta loca ſeu bona occupare accipe uel uſurpare aut quoquomodo ſibi uẽdicare ꝑſumāt abſqȝ dicte ſedis licētia ſpāli Diſtricti⁹ īhibem⁹ īdulgētes uobis ut ad ꝑſtationẽ ꝓcurationū legatoꝝ ꝑdicte ſedis

uel nūcio℞ ipſi⁹ ſeu dioceſano℞ loco℞ aut exactionū uel collectarū ſeu ſubſidio℞ uel ꝓuiſionū quorūcūq₃ minime teneamini nec ad ea ſoluēda per lr̄as dicte ſedis aut legato℞ uel nūcio℞ eiuſdē ſeu rectorū terra℞ eccl'ie romañ ipe tratas ſeu in poſterū ipetrādas cuiuſcūq₃ tenoris fuerint in ꝑpetuū cōpelli poſſitis niſi dicte ſedis lr̄e ipetrate aut in poſterū ipetrāde plenā ⁊ exp̄ſſam de idulto hmōi ⁊ dicto ordine fecerint mētionē. ¶ Ceterū cū fe.re. Innocētı⁹ pp̄ 38
p̄deceſſor nr̄ olim duxerit ſtatuēdū ut exēpti q̄cūq₃ gaudeāt libtate nihilomin⁹ tñ rōne delicti ſeu ɔct⁹ aut rei de qua agit̄ ɔtra ipſos rite poſſint corā loco℞ ordinarijs ɔueniri ⁊ illi quo ad hoc ſuā in ipſos iuriſdictionē ꝓut ius exigit exercē. Nos uobis ut occaſione ɔſtitutionis hmōi nullū libtatib⁹ ⁊ imunitatib⁹ uobis ordini ur̄o per priuilegia ⁊ idulgētias ab aplica ſede cōceſſis p̄iudiciū generet̄ aucte p̄ntiū idulgem⁹. Decernim⁹ ergo irritū ⁊ iane q̄cq̄d cōtra tenorē ɔceſſionū ɔſtitutionū ⁊ inhibitionū hmōi per quoſcūq₃ fuerit attēptatū ⁊ iterdicti ſuſpēſionis ⁊ excoicatiōis ſn̄ias ſi q̄s ɔtra cōceſſiones ɔſtitutiones ibibitiōes eaſdē in uos uel ur̄m aliquos aut loca ur̄a ſeu bñfactores ur̄os uel executores aut hēdes p̄dictos in poſterū ꝓmulgari ɔtigerit penit⁹ nō tenē. ¶ Et q₂ in regula eorūdē frat℞ car 39
melita℞ eis ab alberto pr̄iarcha hieroſolymitañ tradita ⁊ ab Innocētio.iiij. Alexādro ēt.iiij. ⁊ Nicholao ſimilr̄.iiij. romañ pōtificib⁹ p̄deceſſorib⁹ nr̄is approbata ⁊ ɔfirmata ⁊ quā per p̄ntes motu ⁊ ſcia ſilib⁹ approbam⁹ ɔfirmamus ⁊ p̄ntis ſcripti patrocinio aucte aplica ꝑpetuo cōmunim⁹ inter cetera cauet̄ exp̄ſſe q̄ frēs ordis p̄dicti ab eſu carniū abſtineāt niſi pro ifirmitatis aut debilitatis remedio ſumant̄ ⁊ eiſdē ēt p̄cipit̄ q̄ ſingulis dieb⁹ dn̄icis dū taxat exceptis a feſto exaltatiōis ſcē crucis uſq₃ ad feſtiuitatē reſurrectiōis dn̄ice ieiunare teneant̄ ⁊ ab Eugenio pp̄ iiij. p̄deceſſore p̄fato q̄dā tēperie hmōi rigorē mitigāte ɔcedit̄ ſtatuit̄ ⁊ ordinat̄ q̄ dicti ordis ꝓfeſſores qui pro tpe forēt trib⁹ dieb⁹ ſingularū ſeptimanarū ēt q̄b⁹ ut p̄fert̄ ieiunare iuxta eādē regulā erāt aſtricti carnib⁹ ueſci poſſent p̄terq̄ in aduētu ⁊ q̄dragesima ⁊ alijs gnāliter ꝓhibitis dieb⁹. Cū ut ēt accepim⁹ ab aliq̄b⁹ reuocet̄ in dubiū an illis dieb⁹ q̄b⁹ eis eſus carniū ɔcedit̄ ieiunare teneant̄ pro eo q̄ in ɔceſſione p̄dicta Eugenij nō ſolū mitigationē abſtinētie ſed relaxationē ieiunij ab eodē Eugenio p̄deceſſore petitū fuiſſe ɔſpicit̄ ⁊ ꝓpterea pie memorie Pius pp̄.ij. p̄deceſſor nr̄ p̄fat⁹ ɔceſſit ut prior gnālis dicti ordis qui pro tpe foret ſup hmōi poſſet ieiunio diſpēſare. Nos ēt motu ⁊ ſcia ſilib⁹ lr̄as p̄dictas Alberti pr̄iarche hieroſolymitañ ⁊ Innocētij.iiij. Alexādri.iiij. Nicholai.iiij. Eugenij ⁊ Pij inouam⁹ ⁊ ɔfirmam⁹ ⁊ approbam⁹ ⁊ ꝑpetue firmitatis eſſe uolumus ⁊ mādamus cōcedētes q̄ tu dilecte fili gnālis ⁊ qui pro tpe erūt tui in dicto officio ſucceſſores ꝑſonarū loco℞ ⁊ tēpo℞ q̄litate pēſata cū utriuſq₃ ſex⁹ dicti ordis ꝓfeſſorib⁹ iuxta tue ɔſcie arbitriū ſup p̄miſſis tā ieiunio q̄ carniū eſu diſpēſare ualeas atq₃ tres dies plures uel pauciores ad ieiuniū faciēdū noiare ⁊ remittē ut poſſis libere idulgem⁹ ac illis ex eis qui iuxta hmōi regularia iſtituta dicti ordis glioſiſſime dei genitricis marie de mōte carmeli ⁊ eiuſdē Eugenij mitigationē antedictā nr̄amq₃ declarationē hmōi ut ɔfeſſor ydoneus quē q̄libet eo℞ utriuſq₃ ſexus de ſuo℞ ſupio℞ ɔſenſu duxerit eligēdū eorū ɔfeſſione diligēter audita ſemel in vita ⁊ in mortis articulo plenariā oiu₃ ſuo℞ peccato℞ remiſſionē ⁊ idulgētiā ipēdē ualeat aucte aplica tenore p̄ntiū gratioſe ɔcedim⁹. ¶ Et q₂ in eadē regula ɔcedit̄ q̄ eiuſdē ordis ꝓfeſſores 40
poſſint habē loca in heremis uel ubi eis donata forēt ad eo℞ religionis obſeruātiā apta ⁊ cōmoda p̄m q̄ eiſdem priori ⁊ frīb⁹ videret̄ expedire. Et ex ɔceſſione p̄fati Urbani.iiij. p̄deceſſoris nr̄i ſi qui chriſti fideles aliq̄ loca ad ſe ſpectātia que feudalia ſeu cēſualia nō exiſtāt eis ɔtulerint pietatis iuitu liceat eis de licētia dioceſano℞ illa ſuſcipe ⁊ in eo℞ ſingulis eccl'iam uel oratoriū ɔſtruē deuotioni ac petitioni eo℞ nō plene videt̄ ſatiſfactū ɔceſſionē p̄dictā ad alia quecūq₃ loca domos ⁊ eccl'ias ēt parochiales motu ſcia ⁊ aucte p̄dictis extēdim⁹ ac ɔceſſionē ipſa₃ effectū ſortiri uolum⁹ nō obſtāte ɔſtitutione recolēde memorie Bonifacij pp̄.viij. ſilr̄ p̄deceſſoris nr̄i ꝓhibēte ne cuiuſuis mēdicātiū ordinū frēs ad habitādū noua loca recipe uel recepta mutare p̄ſumāt ſine dicte ſedis licētia ſpāli faciente ſpālē ⁊ exp̄ſſam de ꝓhibitione hmōi mētionē. Et ſi ɔtingat loco℞ ordinarios in domos p̄dicto℞ fratrū in ſuis dioceſ ɔſtructas aliquā iuriſdictionē aut ſupeminētiā ſibi uēdicare ⁊ fratrū eorūdē q̄es in aliquo ɔturbaret̄ liceat tunc dictis frīb⁹ capellanū in dictas domos ⁊ eccl'ias iſtituē ⁊ ammouē ꝓut ſupi⁹ in p̄ntib⁹ lr̄is diximus ⁊ exp̄ſſimus.
¶ Prouidā v̄o caliſti pp̄.iij. p̄deceſſoris p̄fati ɔſtitutionē que icipit Ad futurā rei memoriā Ad romañ pōtificem 41
qua uoluit q̄ nullus dicti ordis ꝓfeſſo℞ bñficia ſecularia ſeu ēt regularia quorūuis romañ pōtificū aut ſedis aplice uel legato℞ eius cōceſſione uel idulto quouis mō in titulū uel in cōmēdā pro tpe obtinētiū aut qui futuris tpib⁹ quōlibet obtinebūt ēt ſi illa ſimplr̄ uel alio quouis mō dimiſerint in caplis gnālib⁹ uel ꝓuincialib⁹ aut ɔgregatiōibus ſeu negocijs officijs uel alijs admiſtrationib⁹ dicti ordis niſi gnālis pro tpe ɔſenſu iteruenicte quōlibet admittat̄ ſub excoicationis pena quā admiſſi ⁊ admittētes ipſo facto icurrāt. aucte ſcia ⁊ motu p̄dictis etiā in archiepāli ⁊ epāli dignitate fulgētib⁹ aut monaſteria aliq̄ uel ꝓuinciā in cōmēdā obtinētib⁹ locū habē decernim⁹ atq₃ p̄dictas lr̄as ⁊ oia ⁊ ſingula in eis ɔtēta ad eos qui in dignitatib⁹ hmōi ſunt ɔſtituti extēdim⁹ diſtricte p̄cipiēdo ſub penis in dicta ɔſtitutione ɔtētis oib⁹ ⁊ ſingulis p̄dicta bñficia aut dignitates q̄uis aucte uel idulto obtinētib⁹ ut nullo mō

de administratione fratrū aut domoꝝ aut ꝓuinciarū seu ꝯuētuū aliorūq; bonoꝝ se īpediāt absq; dicti ordīs mgr̄i
gnālis expssa licētia nō obstātib⁹ qbuscūq; lr̄is etiā a sede aplica īpetratis uel in posterū īpetrādis qb⁹ ex certa scīa
ꝛ motu ꝓprio derogam⁹ ꝛ per pn̄tes derogari uolum⁹ ēt si de illis hn̄da foret mētio spālis ut singula bona ordi/
nis videlicet ꝓuincie ecclie dom⁹ ꝛ supposita ꝛ utriusq; sexus ꝓfessi ut tenent sub ītegra magr̄i gnālis existāt obedi
42 entia. ¶ Postremo cū ṗdictoꝝ fratrū glīosissime dei genitricis sempq; v̄ginis marie de mōte carmeli sicutꝛ ṗdica
toꝝ minoꝝ ꝛ hēmitarū scī augustini fratrū ordinū ꝓfessores pro fidei catholice dilatatiōe ꝯtinue idefesseq; labo
rēt fructusq; afferāt in ecclīa dei salutares. Et ꝓpterea fuerūt uarijs per sedē ṗdictam priuilegijs decorati ut quos
par labor pariaq; merita ꝯiūgūt paria ꝯiūgāt priuilegia ꝛ fauores eisdē fratrū glīosissime dei genitricis sempq; v̄
ginis marie de mōte carmelo ꝓfessorib⁹ ut ꝯcessis eisdē frib⁹ ṗdicatorib⁹ minorib⁹ ꝛ hēmitis scī augustini priuile
gijs idulgētijs gratijs ꝛ fauorib⁹ ac idultis tā in spūalib⁹ ꝙ tpalib⁹ a ṗdictis ꝛ alijs romañ pōtificib⁹ ṗdecessori/
bus nr̄is ꝛ quōlibet ēt a nobis aut alijs auctē hn̄tib⁹ que oia ac si noiatim exprimerent hēri hic uolum⁹ pro expsi/
sis ꝛ nr̄e approbatiōis munimine solidam⁹ ac decernim⁹ robur ꝑpetue firmitatis obtinē potiri ꝛ gaudē possint ꝛ
debeāt ꝑpetuis futuris tp̄ib⁹ in oib⁹ ꝛ per oia ꝑrsus ꝛ sine ulla differētia pinde ac si eisdē ṗdicatoꝝ minoꝝ ꝛ here
mitarū scī augustini fratrū ordinib⁹ ṗdictis sunt ꝯcessa ṗdicto ordini glīosissime dei genitricis sempq; v̄ginis marie
de mōte carmeli noiatim cōcessa fuissent aut ꝯcederent in futurū. Et que magr̄o ṗdicatoꝝ ꝛ ministro gnāli minoꝝ
ac priori gnāli hēmitarū scī augustini ꝓuincialib⁹ priorib⁹ ṗdicatoꝝ ꝛ ministris minoꝝ fratrū ac ꝓuincialib⁹ prio
rib⁹ hēmitarū scī augustini. Nec nō monasterijs monialiū sub eorūdē ṗdicatoꝝ minoꝝ ac hēmitaruꝫ scī augustini
ordinū fratrū cura ſm ipsoꝝ ṗdicatoꝝ minoꝝ ac hēmitarū scī augustini fratrū ordinū īstituta viuētiū sunt statuta
in magr̄o gnāli ꝛ ꝓuincialib⁹ priorib⁹ ꝛ vicarijs dicti ordīs glīosissime dei genitricis sempq; v̄ginis marie de mon
te carmeli ꝛ monasterioꝝ monialiū dicti ordīs btīssime dei genitricis sempq; v̄ginis marie de mōte carmeli īstitu
ta viuētiū vite v̄ba statuta sint ꝛ esse cēseant. Mādātes ꝛ scīa motu ꝛ auctē ṗdictis ṗcipiēdo ut dū priuilegioꝝ in/
dulgētiarū ꝓrogatiuarū exēptionū idultoꝝ īmunitatū dictoꝝ fratrū ṗdicatoꝝ minoꝝ ꝛ heremitarū scī augustini
originales lr̄e aut trāsumpta autētica pro pte ꝛ in fauorē dictoꝝ fratꝝ btīssime dei genitricis sempq; v̄ginis marie
de mōte carmeli adducerent uel exhiberent eadē fides idubia adhibeat tā in iudicio ꝙ extra iudiciū ꝛ alijs locis
qb⁹ opus fuerit ac si in fauorē dictoꝝ fratrū btīssime dei genitricis sempq; v̄gis marie de mōte carmeli a sede aplī
ca emanassent ꝛ eis fuissent imediate ꝯcesse districti⁹ ihibētes eisdē locoꝝ ordinarijs sub īterdicti īgressus ecclie ꝛ su
spēsionis a regimine ac admistratione suarū ecclīarū ac parochialiū ecclīarū rectorib⁹ ꝛ alijs qbuscūq; sub excoica
tionis late sentētie ꝛ priuationis earūdē ecclīarū parochialiū ac oium alioꝝ bñficioꝝ ecclīasticoꝝ que obtinēt nec
nō ihabilitationis ad illa ꝛ alia in posterū obtinēda penis eo ipo per eos qui cōtrafecerint icurrēdis ne ordīs ṗdi
cti fratrū glīosissime dei genitricis sempq; v̄ginis marie de mōte carmeli domos ꝛ singula bona ꝛ ꝓfessores ꝑter ꝛ
ꝯtra ṗdictoꝝ Innocētij Bonifacij Alexādri Nicholai Clemētis. iiij. ꝛ. vj. ꝛ alioꝝ quorūcūq; ṗdecessoꝝ nr̄oꝝ ꝛ pn̄
tiū tenorē lr̄arū inq̄etare seu molestare ꝛ eos aut testamētoꝝ ultimarūq; uolūtatū executores ꝛ heredes ṗdictos
seu quoscūq; alios directe uel idirecte ad solōnē alicui⁹ q̄rte parochialis seu canonice uel alteri⁹ portionis seu one
ris ꝛ ad faciēdū celebrari aliqd offm̄ nec ṗdicari in eoꝝ ecclijs uel alibi duꝫ apud ipos fr̄es decedētiū cadauera tu
mulant ante uel post eoꝝ sepulturā nec ꝯfessis dictis frib⁹ ordīs btē marie de mōte carmeli pro tp̄e eucharistie seu
extreme vnctionis sacra sine rōnabili causa denegare ꝛ illoꝝ exhibitionē malitiose differre aut eoꝝ parochianis
ne dictis frib⁹ ꝯfiteant ꝓhibē uel ꝑsuadē nec etiā ad ṗmissa seu aliqd ṗmissoꝝ auxiliū cōsiliū uel fauorē dare dire
43 cte uel idirecte quoquomodo ꝑsumāt. ¶ Et nihilominus dicti ordinis ꝓtectori qui pro tp̄e erit ꝛ cuilibet in digni
tate ecclīastica ꝯstituto ꝛ metropolitañ uel alterius cathedralis ecclie canonico per vniuersum orbē qui desup ṗdi/
cti ordinis glīosissime dei genitricis sempq; v̄ginis marie de mōte carmeli priores ꝛ fr̄es ac illoꝝ seu ad cōmodum
eoꝝ romañ ecclie sindicos desup reqsit⁹ fuerit per aplīca scripta isolidū mādamus q̄tinus per se uel aliū seu alios
ṗmissa ubi ꝛ qñ opus fuerit solēniter publicātes ac eisdē fratrum glīosissime dei genitricis sempq; v̄ginis marie de
mōte carmeli ordini illiusq; domib⁹ ꝛ ꝓfessorib⁹ in ṗmissis efficacis defensionis ꝑsidio assistētes faciāt eos pacifi
ca possessione uel q̄si priuilegioꝝ ꝛ ꝯcessionū hmōi gaudē nō ꝑmittētes eos seu testamētoꝝ executores ꝛ heredes
ṗdictos ꝯtra illoꝝ tenorē per ordinarios ꝛ rectores ṗdictos aut quoscūq; alios idebite molestari aut eis graua/
mina iniurias atq; dāna inferri seu quomodolibet irrogari ac etiā sūmarie ꝛ de plano sine strepitu ꝛ figura iudicij
sola facti v̄itate īspecta ꝯtra quoscūq; cuiuscūq; q̄litatis uel ꝯditiōis existāt ꝛ q̄cūq; ecclīastica etiā parochiali archi
epāli aut epāli aut mūdana foret dignitate ꝛ exēptione muniti in qbuscūq; causis per eos mouēdis q̄cūq; rōne uel
causa que excogitari posset eis ministrēt iustitie cōplemētū Exequētes qd per eos fuerit ordinatū ꝛ illos quos cē/
suras ꝛ penas ṗdictas incurrisse cōstiterit illos irretitos esse declarēt ac faciāt ꝛ mādēt īterdictos suspēsos ꝛ excoi/

catos publice nūciari ⁊ ab oībus artius euitari ac legitimis ſup hijs habēdis ſeruatis ꝓceſſib⁹ illos quotiēs op⁹ fuerit iteratis vicibus aggrauare ꝓcurēt. Cōtradictores auctoritate aplīca appellatione poſtpoſita cōpeſcēdo inuocato ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularis. Non obſtātibus pſati Bonifacij. viij. quibus cauet ne quis extra ſuam ciuitatem ⁊ dioceſ niſi in certis exceptis caſibus ⁊ in illis ultra vnam dietam a fine ſue dioceſ ad iudiciuȝ euocet ſeu ne iudices a ſede aplīca deputati extra ciuitatem ⁊ dioceſ in quibus deputati fuerint cōtra quoſcūqȝ procedere aut alij uel alijs vices ſuas cōmittere pſumāt ⁊ de duabus dictis in cōcilio generali nec non que incipit Super cathedram Bonifacij pſati ⁊ dudum viēneñ cōcilij ac recolēde memorie Calixti pape. iij. etiam pdeceſſoris nři litteris alijſqȝ aplicis ac etiam in ꝓuincialibus ⁊ ſinodalibus cōcilijs editis ſpecialibus ⁊ generalibus necnō octonis ⁊ octoboni olim in regno anglie aplice ſedis legatoꝝ. Cōſtitutionibus eccliarum quoqȝ ⁊ locoruȝ quorūcūqȝ ſtatutis ⁊ cōſuetudinibus ⁊ inter quoſcūqȝ dicti ordinis fratrum glioſiſſime dei genitricis ſempqȝ virginis marie de monte carmeli ꝓfeſſores ⁊ locorum ordinarios ſeu rectores pdictos initis ⁊ cōcluſis ac hactenus obſeruatis pactis ⁊ conuētionibus etiam iuramēto cōfirmatione aplīca uel quauis alia firmitate roboratis nec non oībus illis que Innocētius Bonifacius Alexāder Joānes Clemēs. iiij. ⁊. vj. ac Nicholaus. iiij. ⁊. v. alijqȝ pdeceſſores prefati in pdictis eorum litteris uoluerūt non obſtare cōtrarijs quibuſcūqȝ quibus oīa illa ac ſi de uerbo ad uerbum inſererent ⁊ derogatoriarū derogatorias clauſulas in ſe cōtinerēt pſentibus pro expſſis habentes illis alias in ſuo robore pmāſuris quo ad premiſſa ſpecialiter ⁊ expreſſe derogamus aut ſi patriarchis archiepīs ⁊ epīs ac rectoribus prefatis ſeu qbuſuis alijs cōmuniter uel diuiſim a ſede aplīca indultum exiſtat qȝ interdici ſuſpēdi uel excōmunicari aut extra uel ultra certa loca ad iudicium euocari non poſſint per litteras aplīcas non faciētes plenam ⁊ expreſſam ac de uerbo ad uerbum de indulto huiuſmodi mētionem ⁊ qualibet alia dicte ſedis idulgētia generali uel ſpeciali cuiuſcūqȝ tenoris exiſtat per quā pňtibus nō expſſam uel totaliter non inſertam effectus earum ꝓceſſe in eis iuriſdictionis executio impediri ualeat quomodolibet uel differri ⁊ de qua cuiuſqȝ toto tenore hňda ſit in nřis litteris mētio ſpecialis. Nos enim ex nūc illa ⁊ quecūqȝ alia que in futurū per nos ⁊ ſedem aplīcam quomodolibet cōcedi ſtatui decerni ⁊ ordinari cōtigerit cōtra Innocētij Bonifacij Alexādri Joānis Clemētis. iiij. ⁊. vj. ac Nicholai. iiij. ⁊. v. ⁊ aliorum pdeceſſorum predictorum ⁊ pſentium litterarum huiuſmodi tenorem nec non ſi ſecus ſuper hijs a quoqȝ quauis auctoritate ſciēter uel ignorāter attemptari cōtigerit irrita ⁊ inania nulliuſqȝ roboris uel momēti eſſe decernimus. Si qua igit̄ in futurum eccliaſtica ſecularis ue pſona hāc noſtram cōceſſionis declarationis inhibitionis indulti decreti ſtatuti uolūtatis cōſtitutionis derogationis reſeruationis caſſationis reſtitutionis irritationis ⁊ annullationis paginam ſciēter uel ignorāter contra eam temere cōtraire attēptauerit primo ſecundo tertio ue cōmonita niſi reatum ſuum cōgrua ſatiſfactione correxerit poteſtatis honoris ſui careat dignitate reumqȝ ſe diuino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat ⁊ a ſacratiſſimo corpore ⁊ ſanguine dñi ⁊ redemptoris noſtri ieſu chriſti aliena fiat atqȝ in diſtricto examine diſtricte ſubiaceat ultioni ac indignationem omnipotētis dei ⁊ beatorum petri ⁊ pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Cūctis autem dictis fratribus glorioſiſſime dei genitricis ſemperqȝ virginis marie de monte carmeli ſua iura ſeruātibus ſit pax dñi noſtri ieſu chriſti quatinus etiam hic fructum bone actionis pcipiat ⁊ apud diſtrictum iudiciū premia eterne pacis inueniat amen. ¶ Et qȝ difficile foret preſentes litteras ad ſingulas ꝓuincias originaliter deſtinare uolumus ⁊ dicta auctoritate decernimus qȝ tranſumptis earum manu notarij publici ⁊ curie cauſarum camere apoſtolice uel protectoris qui eſt ⁊ qui pro tempore erit aut alicuius archiepiſcopalis uel epiſcopalis ſigillo ſeu dicti ordinis magiſtri generalis munitis ea prorſus in iudicio ⁊ extra ubicūqȝ exhibita uel oſtenſa fuerint fides adhibeatur indubia ac ſi ipſe originales littere forent exhibite uel oſtenſe. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre innouationis approbationis conſtitutionis ordinationis applicationis ſtatuti conceſſionis indulti extenſionis uoluntatis ampliationis declarationis confirmationis ſuppletionis mandati derogationis ⁊ decreti infringere uel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem omnipotentis dei ⁊ beatorum petri ⁊ pauli apoſtoloruȝ eius ſe nouerit incurſurum. Datum rome apud ſanctum petrum anno incarnationis dñice milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſexto quarto kl' decembris Pontificatus noſtri anno ſexto.

**Sixtus** Epiſcopus ſeruus ſeruorum dei ad perpetuam rei memoriam. Quia in futurorum euentibus ſic humani fallitur incertitudo iudicij ut quod coniectura probabili ⁊ interdum attenta conſideratione utile ⁊ ad pacem ⁊ quietem tendere videbatur reperiri damnoſum ac iurgijs ac diſſentionibus plenuȝ quādoqȝ contingat non debet reprehenſibile iudicari Si romañ pontifex que a predeceſſoribus ſuis ex cauſis ueriſimiliter probabilibus ſunt ſtatuta cognito qȝ ex eis diſſentiones ⁊ iurgia inter perſonas quaſlibet preſertim eccleſiaſticas oriantur ne noxe grauiores exituſqȝ peiores inde prodeant reuocat ⁊ annullat ac in ſtatum priſtinum reducit ꝑut

in dn̄o conſpicit ſalubriter expedire. Dudum ſiquidem poſtꝙ̄ felicis recordationis Bonifacius papa. viij. p̄deceſſor
noſter nōnullis diſcordijs que inter p̄latos ⁊ parochialium eccl'iarum rectores ⁊ ordinum mēdicātium fratres per
diuerſas mundi ꝓuincias cōſtitutos exorte erāt ſua que incipit Super cathedram cōſtitutione finem imponere cu-
rauerat fueratqꝫ cōſtitutio predicta per pie memorie Clemētem papam. v. etiam predeceſſorem noſtrum in cōcilio
viennen̄ innouata ac per pie memorie Joānem papam. xxij. ſimiliter p̄deceſſorem noſtrum ad heremitarum ſancti
auguſtini ⁊ beatiſſime dei genitricis marie de monte carmelo ordinum ꝓfeſſores extenſa nōnulli alij roman̄ pon-
tifices etiam predeceſſores noſtri ut omnem inter fratres ⁊ p̄latos ac rectores prefatos contentionem occaſion̄ de
medio ſubmouerent dictorum mēdicantium ordinum ꝓfeſſoribus tam in genere ꝙ̄ in ſpecie ex diuerſis rationabi
libus cauſis uaria priuilegia aduerſus cōſtitutionis predicte tenorem ⁊ ſuper illius declaratione ⁊ interpretatione
conceſſerunt. Et deinde pie memorie Calixto pp̄. iij. etiam predeceſſori noſtro per nōnullos ep̄os alioſqꝫ ſupiores
prelatos nec non parochialium eccleſiarum rectores expoſito ꝙ aliqui dictorum fratruꝫ ſe ſpecialiter que ab ipſa
ſede in eorum fauorem aduerſus cōſtitutionem eandem emanaſſe aſſerebāt priuilegiorum cōceſſionum ⁊ indulto
rum pretextu ne ad dicte conſtitutionis obſeruationem compelli poſſent tuebantur in eorūdem cōquerentium ⁊ pa
rochialium eccleſiarum preiudicium ⁊ grauamen uariaqꝫ propterea inter eoſdem prelatos rectores ⁊ ſacerdotes
ac fratres iurgia ⁊ contentiones ⁊ ſcandala exorta erant ⁊ oriebantur indies quibus obuiaretur ſi conſtitutio pre
dicta obſeruaretur ⁊ per eundem Calixtum predeceſſorem accepto ꝙ a nonnullis ex ipſis prelatis rectoribus cu-
ratis ⁊ ſacerdotibus contra tenorem prefate cōſtitutionis dictis fratribus graues iniurie ac moleſtie inferebātur.
Idem Calixtus predeceſſor cupiens huiuſmodi iurgijs contentionibus ⁊ ſcandalis obuiare cōſtitutionem ⁊ illius
innouationem ⁊ extenſionem predictas iuxta illarum ſeriem ⁊ continentiam in omnibus ⁊ per omnia ſeruari de-
bere ſtatuit ⁊ ordinauit ꝙ quecūqꝫ priuilegia conceſſiones ⁊ indulta ſi qua a quibuſuis roman̄ pontificibus prede
ceſſoribus ſuis aduerſus conſtitutionem ⁊ innouationem ac declarationem predictas ſub quacūqꝫ uerborum for
ma ⁊ cum quibuſuis irritantibus decretis ⁊ talibus ꝙ eis per quaſuis alias litteras apoſtolicas etiam facientes
plenam ⁊ expreſſam ac de uerbo ad uerbum de illoꝝ totali tenore mētionem ⁊ ſimilis effectus uel maioris caute
le derogatorijs clauſulis qualitercūqꝫ derogari nequiret ſiue motu ꝓprio ſiue quouis reſpectu pro quibuſuis ordi
nibus ſeu eorum domibus ⁊ locis in genere uel in ſpecie emanaſſent. Illoꝝ uſus quantūcūqꝫ continuata poſſeſſio
ne nullatenus obſiſtēte caſſauit reuocauit ⁊ annullauit ac decreuit nullius eſſe roboris uel momēti prout in eiſdeꝫ
priuilegijs ⁊ quibuſdam litteris ipſius Calixti p̄deceſſoris ſup̄ ſtatuto ⁊ reuocatione huiuſmodi confectis ⁊ libris
cancellarie ap̄l'ice de illius mādato deſcriptis plenius cōtinetur. Cum autem ſicut experientia efficax rerum magi-
ſtra poſtmodum mōſtrauit ⁊ noſipſi tunc tēporis in minoribus cōſtituti dum generalatus ordinis fratrum mino-
rum fungebamur officio vidimus ex ipſius Calixti p̄deceſſoris nr̄i litteris ⁊ priuilegioꝝ reuocatione preter ipſius
Calixti p̄deceſſoris intētum ꝙ̄plurima iurgia lites diſſenſiones ⁊ ſcādala exorta varieqꝫ appellationes pro eorū-
dem fratrum parte ad ſedem ap̄l'icam interpoſite ⁊ querele delate fuerint ac ꝓpterea idem p̄deceſſor ſancte roman̄
eccl'ie vice cancellario ⁊ in litterarum ap̄l'icarum expedition̄ ſibi aſſiſtētibus abbreuiatoribus ne dictarum lr̄arum
copiam cuiꝙ̄ traderēt inhibuerit Dubitaturqꝫ ueriſimiliter ꝙ niſi littere p̄dicte Calixti p̄deceſſoris p̄fati reuocent ex
inde indies ſint maiora ſcandala prouētura Nos quarūcūqꝫ cauſarum premiſſoꝝ occaſione ⁊ depēdentium ab eiſ
dem tam in roman̄ curia ꝙ̄ extra eam pendētium coram quibuſcūqꝫ iudicibus tam ordinarijs ꝙ̄ a ſede ap̄l'ica uel
al's delegatis in quacūqꝫ inſtātia etiam appellationis ſtatus iudicum ⁊ collitigātium nōia ⁊ cognomina dignita-
tes p̄ntibus pro expreſſis habētes. Illaſqꝫ ad nos harum ſerie aduocātes ⁊ litem penitus extinguētes ac uolētes
huiuſmodi contētionibus diſcordijs ⁊ ſcandalis quātum poſſumus obuiare motu ꝓprio non ad ipſoꝝ fratrum
uel alterius pro eis nobis ſup̄ hoc oblate petitionis inſtātiam ſed de nr̄a mera liberalitate eiuſdē Calixti p̄deceſſo
ris litteras p̄dictas ⁊ in eis contēta priuilegioꝝ cōceſſionum ⁊ indultoꝝ huiuſmodi reuocationē ⁊ ſi que deſup̄ ab
alijs p̄deceſſoribus nr̄is eiuſdēqꝫ Calixti ſucceſſoribus roman̄ pōtificibus approbationes emanarūt aucte ap̄l'ica
tenore p̄ntium ⁊ ex certa nr̄a ſciētia reuocamus caſſamus irritamus ⁊ annullamus ⁊ de libris ac regiſtris ꝙ̄buſli-
bet deleri mādamus ac priuilegia cōceſſiones ⁊ indulta p̄dicta illa omnia qualiacūqꝫ ſint ac ſi de uerbo ad uerbū
infererent p̄ntibus pro expreſſis habētes in ſuos plenum ⁊ priſtinuꝫ robur nec non p̄fatos mēdicātes fratres qui
bus cōceſſa ſunt in genere ⁊ in ſpecie quo ad illoꝝ totalem in p̄teritis p̄ntibus ⁊ futuris negocijs cōſequen̄ effectū
in priſtinum ⁊ eum ſtatum in quo videlicet erāt anteꝙ̄ littere calixti ⁊ reuocacio huiuſmodi quomodolibet emana
rent plenarie reſtituimus reponimus ⁊ reintegramus decernētes ea omnia in ſuis prioribus viribus ⁊ efficacia fo
re ⁊ effectum etiam quo ad p̄terita pro appellatione pendētia negocia ſortiri debere in oībus ⁊ per oīa perinde ac ſi
p̄fati Calixti p̄deceſſoris ⁊ in illis contēta reuocatio p̄dicta nullatenus emanaſſent nec non irritum ⁊ inane ſi ſecus ſu

per his a quoq̄ quauis auc͞te ſcienter uel ignorāter cōtra illa attēptatum foꝛſan eſt hactenus uel in poſterum ꝯtige
rit attēptari. Et nihilominus uenerabilibus fratribus nr̄is Beſareon̄ ſabinen̄ minoꝝ ⁊ Guill'o oſtien̄ heremitarum
ſancti auguſtini ⁊ beatiſſime dei genitricis marie de monte carmelo ac alano peneſtrinen̄ p̄dicatoꝝ ep̄is oꝛdinū p̄di
ctorum nūc ⁊ pꝛo tēpoꝛe exiſtētibus ꝓtectoꝛibus in roman̄ curia ſancte roman̄ eccl'ie cardinalibus per ap̄lica ſcri-
pta mādamus quatinus quilibet eorum per ſe uel alium ſeu alios p̄miſſa ubi ⁊ quādo opus fuerit ipſiꝫ deſuper
fuerint requiſiti ſolēniter publicātes ⁊ oꝛdini ſue ꝓtectioni cōmiſſo ac illius ꝓfeſſoꝛibus in p̄miſſis efficacis defenſi
onis p̄ſidio aſſiſtēs faciat eos pacifica poſſeſſione uel quaſi exemptionum ⁊ pꝛiuilegioꝝ p̄dictorū gaudere non per
mittēs eos cōtra illorum aut cuiuſlibet eorum tenorem per locoꝝ oꝛdinarios ⁊ parochialium eccleſiarum recto-
res ac quoſcūꝫ alios indebite moleſtari Cōtradictores per cēſuram eccl'iaſticam appellatione poſtpoſita cōpeſcē
do ac legitimis ſup̱ his habēdis ſeruatis ꝓceſſibus eos quotiens opus fuerit iteratis vicibus aggrauare pꝛocuret
inuocato ad hoc ſi opus fuerit auxilio bꝛachij ſecularis. Non obſtātibus pie memoꝛie Bonifacij pape. viij. etiam p̄
deceſſoꝛis nr̄i ⁊ alijs ap̄licis cōſtitutionibus quibus cauet̄ ne quis extra ſuam ciuitatem ⁊ dioceſ̄ niſi in certis exce
ptis caſibus ⁊ in illis ultra vnam dietam ad iudicium euocet̄. Seu ne iudices a ſede ap̄lica deputati extra ciuitatem
⁊ dioceſ̄ in quibus deputati fuerint contra quoſcūꝫ pꝛocedere aut alij uel alijs vices ſuas committere pꝛeſumant
⁊ de duabus dietis in concilio generali ac alijs apoſtolicis cōſtitutionibus contrarijs quibuſcūꝫ ſeu ſi locoꝛuꝫ oꝛ
dinarijs ⁊ parochialium eccleſiarum rectoꝛibus uel quibuſuis alijs cōmuniter uel diuiſim a ſede pꝛefata indultum
exiſtat ꝙ interdici ſuſpendi uel excōmunicari aut ultra uel extra certa loca ad iudicium euocari non poſſint per lit-
teras apoſtolicas non facientes plenam ⁊ expꝛeſſam ac de uerbo ad uerbum de indulto huiuſmodi mentionem ⁊
qualibet alia dicte ſedis indulgentia generali uel ſpeciali cuiuſcūꝫ tenoꝛis exiſterent per quam pꝛeſentibus non ex
pꝛeſſam uel totaliter non inſertam huiuſmodi dictis pꝛotectoꝛibus facte commiſſionis explicatio impediri poſſit
quomodolibet uel differri ⁊ de qua cuiuſꝫ toto tenoꝛe habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpecialis. Nulli ergo
omnino hominum liceat hanc paginam noſtre aduocationis extinctionis uoluntatis reuocationis caſſationis irri
tationis annullationis mandati reſtitutionis repoſitionis reintegrationis ⁊ decreti infringere uel ei auſu temerario
contraire. Si quis aūt hoc attēptare pꝛeſumpſerit indignationem oīpotentis dei ⁊ beatorum petri ⁊ pauli ap̄loꝛuꝫ
eius ſe nouerit incurſurum. Datum rome apud ſanctum petrum anno incarnationis dn̄ice milleſimo quadringente
ſimo ſeptuageſimo pꝛimo ſeptimo idus decembꝛis Pontificatus noſtri anno pꝛimo.

**Sixtus** Epiſcopus ſeruus ſeruoꝛum dei ad perpetuam rei memoꝛiam. Dum ſingulos regulares oꝛdines ⁊ 55
loca ſanctimonie dedita illorumꝫ perſonas paterno conſpicimus intuitu ad eas pꝛecipue noſtre
dirigimus conſiderationis affectum que mundanis abdicatis illecebꝛis ſpiritum paupertatis aſſumentes elemoſy
narum eis erogandarum queſtu potius q̄ copijs diuitiarum victum querentes iugiter pꝛeſtant domino famulatuꝫ
ſuiſꝫ vite ſanctimonia ⁊ ſalubꝛibus pꝛedicationibus populum dei ad bene deuoteꝫ viuendum inducunt illoſꝫ
pꝛout ex iniuncto nobis celitus ſeruitutis officio congruit ab omni conamur uexatione tueri ut ueſtri miniſterij pꝛe
ſidio eorum ſtatus pꝛoſperetur ubilibet ⁊ perſone ipſe pꝛopulſis quibus obrui poſſint diſpendijs felicis ſtatus eiuſ
dem ſuſcipiant incrementa. Sane dudum cum in minoribus conſtituti in oꝛdine fratrum minorum generalis mini
ſtri fungeremur officio intelleximus ⁊ poſt noſtram ad ſummi apoſtolatus apicem aſſumptionem a dilectorum fili
orum fratrum pꝛedicatorum minorum ⁊ heremitarum ſancti auguſtini ⁊ beate marie de monte carmeli oꝛdinum
generalibus magiſtris miniſtro ⁊ pꝛioꝛibus qui pꝛo tempoꝛe fuerunt ⁊ aliorum dictorum oꝛdinum pꝛofeſſorum
relatione non ſine querela accepimus ꝙ laici in diuerſis mundi partibus conſtituti pꝛopꝛijs incumbentes affecti
bus Dum magiſtri miniſtri ⁊ pꝛiores ipſi tam generales q̄ pꝛouinciales ⁊ domorum eorundem oꝛdinum cuſto-
des guardiani ac fratres conuentuales nuncupati dictarum domorum iura pꝛoſequuntur ac pecunias ⁊ bona ad
licitos uſus eorundem fratrum pia chꝛiſti fidelium largitione eis ⁊ eorum domibus ⁊ oꝛdinibus relicta ſeu le-
gata aut al's debita ab eiſdem laicis exigere curant aut ipſarum domorum bona pꝛefatis laicis pꝛo eorum be-
neplacito ⁊ uoluntate concedere ſeu ciuiles laicorum eorundem diſſenſiones particulares diſcoꝛdias ⁊ factiones
ſequi uel al's in his que laici ipſi a Magiſtro Miniſtris Pꝛioꝛibus Guardianis ⁊ fratribus memoratis minus li-
cite poſtulāt eiſdem laicis complacere recuſant ac alias dum laici ipſi Magiſtrum Miniſtros Pꝛiores Cuſtodes
Guardianos ⁊ fratres pꝛedictos alijs uarijs plerunꝫ occaſionibus ea qua debent affectione non pꝛoſequun-
tur ut ſe de eiſdem Magiſtro Miniſtris Pꝛioꝛibus Cuſtodibus Guardianis ⁊ fratribus memoratis con-
uentualibus nuncupatis ualeant vindicare: aut occupatorum per ipſos laicos bonorum ad domos eorun-
dem fratrum pertinentium reſtitutionem differre ⁊ ſi domus ipſe ad fratris dictorum oꝛdinum de obſeruantia
nuncupatos perueniant bona illorum eis accommoda emere ⁊ pꝛo minoꝛi pꝛecio q̄ ualeant habere poſſint ex-

quiſitis medijs curant ꝙ domus ipſe ordinum eorūdem per dictos fratres conuentuales longo tempore poſſeſſe
⁊ inhabitate fratribus de obſeruantia uel alio nomine nuncupatis eorundem ordinum concedantur nouas gabel
las ⁊ onera a quibus fratres ipſi exempti ſunt ab eis exigere uaria grauamina eis inferre ⁊ alias iniurias irroga-
re preſumunt ex quo plurima eiſdem fratribus conuentualibus incommoda proueniunt. nam metu moleſtiarum
huiuſmodi quas eis inferri formidant in exigendo ⁊ proſequendo domorum ſuarum iura timidiores redduntur
⁊ eoſdem laicos uereri ultra ꝗ̃ deceat ⁊ a libere predicando quod illos tangit abſtinere ⁊ illis ultra ꝗ̃ ipſoruꝫ qua
litas exigat ⁊ ordinum predictorum utilitas perſuadeat differre coguntur inuiti non abſqꝫ diuine maieſtatis offen
ſa ⁊ ordinum eorundem graui preiudicio ⁊ iactura adeo ut propter incommoda predicta etiam aliqui dictoruꝫ or
dinum profeſſores nonnunꝗ̃ domos deſerant ⁊ ad alios non mendicantium ordines ſe transferant tales moleſti
as euitare curantes. Aliqui vo qui ordines ipſos ingrederentur ab ingrediendo abſtinere cernantur quod ad eo-
rundem ordinum perniciem paulatim cedere manifeſte dinoſcitur. Nos igitur qui dum generalis miniſtri dicto fun
geremur officio pro quiete vniuerſorum profeſſorum dicti ordinis fratrum minorum tam conuentualium ꝗ̃ de
obſeruantia ſeu bulla aut al's iuxta diuerſarum regionum conſuetudinem nuncupatorum procurauimus quod fe-
licis recordationis Paulus papa. ij. predeceſſor noſter ſub cenſuris ⁊ penis eccleſiaſticis tunc expreſſis inhiberet
vniuerſis fratribus predictis ut predicti fratres de obſeruantia nuncupati domos eorūdem fratrum conuentuali-
um ordinis fratrum minorum aut alias pro eorum habitatione querere uel recipere uel ꝙ monaſteria monialium
cure eorundem fratrum conuentualium commiſſa ipſorum fratrum de obſeruantia cure committerentur etiam que
rere preſumerent prout in eiſdem predeceſſoris litteris deſuper confectis plenius continetur tot malis quot predica
torum minorum heremitarum ſancti auguſtini ⁊ carmelitarum ſancte marie ordinum mendicantium profeſſores
predicti conuentuales nuncupati quorum ſcientia ⁊ doctrina militans eccleſia continuo ſuſcipit incrementa ex pre-
miſſis patiuntur ut tenemur obuiare cupientes motu proprio non ad predictorum magiſtri miniſtri priorum cuſto
dum guardianorum ⁊ fratrum conuentualium uel alterius pro eis nobis ſuper hoc oblate petitionis inſtantiam
ſed de noſtra mera deliberatione ⁊ ex certa ſcientia litteras predeceſſoris huiuſmodi ratas habentes ⁊ innouantes
Omnibus ⁊ ſingulis clericis ⁊ religioſis de bulla uel al's de obſeruantia nuncupatis ordinum quoruncūqꝫ ac lai-
cis utriuſqꝫ ſexus cuiuſuis dignitatis gradus ordinis uel conditionis fuerint Etiam ſi marchionali ducali comitali
patriarchali archiepiſcopali epiſcopali abbatiali ⁊ alia qualibet eccleſiaſtica uel mundana prefulgeant dignitate ⁊
auctoritate ſub pena excommunicationis late ſententie eo ipſo totiens quotiens illos contrafacere contigerit incur
renda ne ꝙ domos ⁊ loca profeſſorum dictorum ordinum conuentualium nuncupatoruꝫ aut monaſteria monia
lium eorum cure commiſſa alijs fratribus monialibus ſeu ſororibus etiam eiuſdem ordinis quouis nomine nun
cupatis quomodolibet concedantur aut ꝙ amotis exinde fratribus ⁊ ſororibus illas ⁊ illa inhabitantibus refor
mentur ⁊ alij fratres alie ue moniales ſeu ſorores eorum loca ſurrogentur ⁊ ſubſtituantur ibidem ſeu ꝙ monaſte-
ria predicta aliorum cure committantur procurare querere aut temptare niſi apud magiſtrum miniſtros ⁊ priores
generales uel prouinciales dictorum ordinum pro tempore exiſtentes qui teneantur ⁊ debeant quotiens oportu-
num fuerit ⁊ poſtꝗ̃ fuerint requiſiti infra annum domos ipſas debite reformare ⁊ que correctione ⁊ emendatione
indigerent corrigere ⁊ emendare nec etiam ad effectum huiuſmodi ammotionis eorum a domibus ſuis eiſdem fra
tribus conuentualibus ⁊ eorum cure cōmiſſis monialibus iniurias ⁊ grauamina aliqua inferre ſeu ab eiſdem fra
tribus pro rebus ⁊ bonis que habent ⁊ negociatioñ cauſa non deferrēt pedagia guidagia gabellas ⁊ alia quouis
nomine nuncupata onera noua petere exigere uel leuare quoquomodo preſumant auctoritate apoſtolica preſenti
um tenore diſtrictius inhibemus ac uolumus ⁊ motu ſcientiaqꝫ predictis ſtatuimus ⁊ ordinamus ꝙ fratres ipſi
conuentuales ac ſorores ⁊ alij quibuſcūqꝫ reformationibus quas fieri continget per generales aut ꝓuinciales pre
dictos acquieſcere illaſqꝫ obſeruare omnino teneant̄ ⁊ debeant ꝙqꝫ laici predicti in faciendis reformationibus pre
dictis al's ꝗ̃ ut prefertur nullatenus ſe intromittant aut ne fiant opponant uel contradicant nec ꝙ poſtmodum fa-
cte reformationes alterētur uel mutentur aut in eis aliquid ultra addatur querere audeant ſub eadem excōmunica
tionis ſententia ſi contrafecerint eo ipſo ex tunc incurrenda decernentes irritum ⁊ inane ſi ſecus ſuper his a quoꝗ̃
quauis etiam apoſtolica auctoritate ſcienter uel ignoranter harum non inſerto tenore cōtigerit attēptari. Et nihilo
minus preſentibus ⁊ futuris pro tempore dictorum ordinum protectoribus omnibuſqꝫ ⁊ ſingulis prelatis ⁊ ali-
is perſonis eccleſiaſticis in dignitate conſtitutis necnon eccleſiarum cathedralium etiam metropolitañ canoñ per
apoſtolica ſcripta mandamus quatinus ipſi ⁊ quilibet eorum per ſe uel alium ſeu alios reſpectiue dictis magiſtro
miniſtris prioribus cuſtodibus guardianis ⁊ fratribus conuentualibus in premiſſis efficacis defenſionis preſi-
dio aſſiſtentes ac premiſſa omnia ⁊ ſingula ubi ⁊ quando expedire cognouerint fuerintqꝫ deſuper requiſiti ſolēniter

publicãtes nõ ꝑmittãt eos uel eoꝝ aliquẽ cõtra p̄ntiũ tenorẽ per quoſcũq̄ quõlibet inq̄etari ſeu moleſtari ac illos
oẽs ⁊ ſingulos quos eis huiuſmodi excoicationis ſentẽtiam incurriſſe cõſtiterit quotiẽs ſup hoc pro pte aliquorũ
ex magr̄o miniſtris priorib⁹ cuſtodib⁹ guardianis ⁊ frĩbus p̄dictis ꝯuẽtualib⁹ fuerint req̄ſiti in eccl̄ijs ⁊ alijs locis
ubi eis videbit̄ excoicatos publice nũciẽt faciãtq̄ ab alijs nũciari ⁊ ab oibus artius euitari donec ꝑuia debita ſatiſ
factione meruerint ab eadẽ excoicationis ſentẽtia abſolutionis bñficiũ obtinẽ cõtradictores per cẽſurã eccl̄iaſticaȝ
appellatione poſtpoſita cõpeſcẽdo nõ obſtãtib⁹ p̄miſſis ac ꝯſtitutionib⁹ ⁊ ordinationib⁹ ap̄licis nec nõ p̄dictoruȝ
ordinũ iuramẽto cõfirmatione ap̄lica uel q̄uis firmitate alia roboratis ſtatutis ⁊ cõſuetudinib⁹ q̄bus oibus etiã
ſi de illis eorũq̄ totis tenorib⁹ ſpecialis ſpecifica ⁊ exp̄ſſa mẽtio p̄ntib⁹ habẽda foret tenore p̄ntiũ quo ad p̄miſſa ſi
mili ſciẽtia derogamus ⁊ illa pro infectis haberi uolumus ꝯrijs q̄buſcũq̄ aut ſi ꝑſonis ⁊ frĩb⁹ p̄dictis uel q̄buſuis
alijs coiter uel diuiſim a ſede ap̄lica indultũ exiſtat q̄ꝺ interdici ſuſpẽdi uel excoicari nõ poſſint per lr̄as ap̄licas nõ
faciẽtes plenã ⁊ exp̄ſſam ac de v̄bo ad v̄bũ de indulto hmõi mẽtionẽ ⁊ q̄libet alia dicte ſedis indulgẽtia gn̄ali uel
ſp̄ali cuiuſcũq̄ tenoris exiſtat per quã p̄ntibus nõ exp̄ſſam uel total̄r nõ inſertam effect⁹ earũ impediri ualeat quo
modolibet uel differri ⁊ de qua cuiuſq̄ toto tenore hñda ſit in nr̄is lr̄is mẽtio ſp̄alis. Poſtremo q̄ꝛ difficile foret p̄
ſentes lr̄as ad ſingulas ꝓuincias original̄r deſtinare uolumus ⁊ dicta auc̄te decernimus ꝙ trãſumptis earũ manu
notarij publici ⁊ curie cauſarũ camere ap̄lice aut alicuius ep̄alis uel archiep̄alis ſigillo munitis ea ꝓſus in iudicio
⁊ extra ubicũq̄ exhibita ⁊ oſtẽſa fuerint fides adhibeat̄ ac ſi ipſe originales lr̄e exhibite forẽt ⁊ oſtenſe. Nulli ergo
oino hoium liceat hãc paginã nr̄e ratihabitionis innouationis ĩhibitionis ſtatuti ordinationis cõſtitutionis mãda
ti derogationis uolũtatis ⁊ decreti infringere uel ei auſu temerario ꝯire. Si q̄s aũt hoc attẽptare p̄ſumpſerit ĩdigna
tionẽ oipotẽtis dei ⁊ beatoꝝ petri ⁊ pauli ap̄loꝝ eius ſe nouerit ĩcurſurũ. Datũ rome apud ſanctũ petrũ anno ĩcar
nationis dñice milleſimo quadringẽteſimo ſeptuageſimo quinto kl̄ maij Pontificatus nr̄i anno quarto.

Sixtus Ep̄us ſeruus ſuoꝝ dei ad ꝑpetuã rei memoriã Celeſtis aule militũ numerũ adaugeri ſancta letat̄ 56
eccl̄ia ⁊ ꝓpterea eos qui ex hoc ſeculo trãſeũtes cõmuni opinione fideliũ ſupna p̄ñia digni reputant̄
p̄ſertim miraculoꝝ celebritate fulgẽtes eternitatis memoria decorare ꝯſueuit ut eoꝝ laudes frequẽtiorib⁹ ualeant
reſonare p̄conijs ⁊ dñs in ſanctis eiuſ iugiter collaudari. Idcirco nos ea que pro honorificẽtia beatoꝝ de p̄deceſſo
rũ nr̄oꝝ romañ põtificũ bñplacito pie obſeruata fuiſſe cõperimus libẽter cũ a nobis petit̄ ap̄lico p̄ſidio ꝯfouem⁹.
Sane pro pte dilecti filij Chriſtofori martignoni magr̄i generalis ordinis fratrũ beate marie de mõte carmeli no
bis nup exhibita petitio cõtinebat ꝙ dudũ felicis recordationis Calixto pp. iij. p̄deceſſori nr̄o pro parte quõdam
Joãnis ſoreth tũc magr̄i generalis dicti ordinis expoſito ꝙ beatus Albertus qui dũ vitã celibẽ ageret in humanis
frater dicti ordinis fuit ⁊ cuius corpus in eccl̄ia beate marie Meſſaneñ in inſula ſicilie fratrũ dicti ordinis requieſcit
clareſcẽtibus miraculis a chriſti fidelib⁹ illarũ ⁊ diuerſis mũdi partiũ in magna ueneratione habet̄ ⁊ ꝓpterea in di
uerſis eccl̄ijs per diuerſas mũdi partes altaria ⁊ eccl̄ie ad honorẽ dei ⁊ eiuſdẽ beati Alberti cõmemorationẽ erecta
fuerãt vnde deſiderabat ꝙ chriſti fideles ipſi in eoꝝ hmõi laudabili ꝓpoſito per tollerãtiã ſedis ap̄lice ꝯtinuare li
bere ⁊ licite poſſent ⁊ ualerẽt ad quã q̄dẽ humilẽ petitionẽ cũ p̄fat⁹ Calixt⁹ p̄deceſſor annuiſſet uenerabilis frater nr̄
Guill̄us ep̄s oſtieñ tũc tituli ſc̄i Martini in mõtib⁹ p̄ſbyter cardinalis qui etiã tũc p̄ſens aderat de licentia ⁊ ꝯſenſu
dicti p̄deceſſoris ⁊ mãdato exp̄ſſo viue uocis oraculo ſibi ab eodẽ facto ad tollẽdũ ſcrupulos de mẽtib⁹ hoium ⁊
ad honorẽ dei ⁊ dicti beati Alberti meritoꝝ exaltationẽ de p̄miſſis oib⁹ ⁊ ſingulis per ſuas patẽtes lr̄as ſuo ſigil
lo munitas atteſtationẽ fecit ꝓut in illis q̄s ĩſpici ⁊ examinari diligẽter ac p̄ntib⁹ ĩſeri fecimus plenius ꝯtinet̄. Qua
re pro pte dicti Chriſtofori gn̄alis moderni aſſerẽtis ꝙ in p̄fata eccl̄ia ⁊ in diuerſis mũdi ptib⁹ per merita ipſius bt̄i
Alberti alia miracula coruſcãt indies. Nobis fuit humil̄r ſupplicatũ ut atteſtatiõi dicti Guill̄i ep̄i ⁊ cardinalis ac oi
bus ⁊ ſingulis in ei⁹ lr̄is ꝯtẽtis hmõi pro illoꝝ ſubſiſtẽtia firmiori robur ap̄lice ꝯfirmationĩ adijcẽ ac al̄s in p̄miſ
ſis oportune ꝓuidẽ de benignitate ap̄lica dignaremur. Nos igit̄ attẽdẽtes q̄ꝺ digne in memoria uertit̄ hoiuȝ qui ad
gaudia trãſiuit angeloꝝ ⁊ ad ordinẽ p̄fatũ qui ꝯtinua gl̄ioſiſſime dei genitricis ſempq̄ v̄ginis marie ꝓtectiõe fouet̄
⁊ ſub ei⁹ honore ⁊ ſp̄ali titulo fundat⁹ ac tã per diuerſos romañ põtifices p̄deceſſores nr̄os q̄ etiã per nos ap̄lica
fuit auc̄te cõprobat⁹ multiplicibuſq̄ viroꝝ excellẽtiũ omni tp̄e q̄ſi ſyderib⁹ decorat̄ ornamẽtis dirigẽtes p̄ne cõ
ſiderationis intuitũ hmõi quoq̄ ſupplicationib⁹ ĩclinati atteſtatiõe dicti Guill̄i ep̄i ⁊ cardinalis qui dicti ordis ꝓte
ctor exiſtit ac lr̄as p̄dictas ratas hñtes ⁊ gratas illas cũ oib⁹ ⁊ ſingulis in eis ꝯtẽtiſ cl̄is auc̄te ap̄lica ⁊ ex certa nr̄a
ſcia approbam⁹ ⁊ ꝯfirmamus ſupplẽtes oẽs ⁊ ſingulos defect⁹ ſi qui forſan interuenerint in eiſdẽ. Non obſtãtib⁹
ꝯſtitutionib⁹ ⁊ ordinationib⁹ ap̄licis ceteriſq̄ ꝯrijs q̄buſcũq̄. Et q̄ꝛ difficile foret p̄ntes lr̄as ad ſingulas ꝓuincias
originaliter deſtinare uolumus ⁊ dicta auc̄te decernimus ꝙ trãſumptis dictarũ lr̄arũ manu notarij publici ⁊ curie
cauſarũ camere ap̄lice uel ꝓtectoris dicti ordinis qui nũc eſt ⁊ pro tp̄e fuerit aut alicui⁹ ep̄alis uel archiep̄alis ſeu

cuiuſcūq; in dignitate ꝯſtituti ēt dicti ordinis magr̄i gnālis pro tpe exn̄tis ſigillo munitis ea ꝓrſus in iudicio ⁊ extra
fides adhibeat indubia ac ſi ipſe originales lr̄e forēt exhibite uel oſtēſe. Tenor aūt dictarū lr̄arū ſequit̄ ⁊ eſt talis.
Guillus miſeratione diuina tituli ſci martini in mōtibus ſacro ſcē romañ eccľie pſbyter cardinalis Rothomageñ
vniuerſis ⁊ ſingulis chriſti fidelibꝰ p̄ntes lr̄as iſpecturis ſalutē in eo qui eſt uera oīum ſalus dignū ⁊ ꝯueniēs iudi-
camꝰ de hijs teſtimoniū reddē que pacē ꝯſcie multoꝝ ⁊ deuotiōis augmētū ꝯcernē vident̄. Notū igit̄ oībꝰ facimus
ac teſtamur per p̄ntes ꝙ ſciſſimꝰ in chriſto pr̄ dn̄s nr̄ dn̄s Calixtꝰ diuina ꝓuidētia pp̄. iij. nuꝑ viue uocis oraculo no
bis p̄ntibꝰ ⁊ aſtātibꝰ corā ſua ſcitate ꝯceſſit ⁊ idulſit Reuerēdo pr̄i magr̄o Joāni ſoreth priori gnāli fratrū ordinis
btē marie de mōte carmeli p̄nti ⁊ ſupplicāti ꝙ de btō Alberto de Drapano iſule ſicilie dicti ordis dū i humanis age
ret ꝓfeſſori in cuiꝰ honorē ⁊ reuerētiā plura altaria ⁊ eccľie ut idē prior aſſeruit edificate fuerūt ac eiꝰ crebreſcētibꝰ
miraculis publico lōgo tpe per chriſti fideles tā in eorūdē fratrū ꝙ ēt in alijs eccľijs nulla tn̄ ſm ritū romañ eccľie
p̄cedēte canonizatione p̄ces ⁊ ſuffragia publice ꝑſoluunt̄ eadē reuerētia ⁊ deuotio ut p̄mittit̄ ſine alicuiꝰ peccati labe
⁊ trāſgreſſionis nota ac ꝯſcie ſcrupulo per eos atq; alios chriſti fideles fieri poſſit ⁊ ꝯtinuari quouſq; per eccľiam
aliud ſolēniꝰ decernat̄ que oīa cū ſic ut p̄mittit̄ uere ⁊ recte ſint acta ad cuiuſlibet noticiā deducimꝰ ⁊ deducēda fore
cēſemꝰ. Jn quoꝝ teſtimoniū p̄ntes lr̄as per ſecretariū nr̄m īfraſcriptū fieri iuſſimꝰ ⁊ nr̄i ſigilli fecimꝰ appēſiōe cōmu
niri. Datū rome in domibꝰ nr̄e reſidētie apud ſcm̄ apolinarē die. xv. mēſis octobris anno īcarnatiōis dn̄ice milleſi-
mo q̄dringēteſimo q̄nq̄geſimo ſeptio pōtificatꝰ eiuſdē dn̄i nr̄i āno tertio. Nulli ergo oīno hoīum liceat hāc paginā
nr̄e approbatiōis ꝯfirmatiōis ſuppletiōis ꝯſtitutiōis ⁊ uolūtatis īfringē uel ei auſu temerario ꝯtrire. Si qs autē hoc
attēptare p̄ſūpſerit idignationē oīpotētis dei ⁊ btōꝝ petri ⁊ pauli apľoꝝ eiꝰ ſe nouerit icurſurū. Datū rome apō ſcā
mariā maiorē āno icarnatiōis dn̄ice millľo q̄dringēteſimo ſeptuageſimo ſexto pridie kľ iunij pōtificatꝰ nr̄i anno. v.

Sixtus Ep̄us ſuꝰ ſuoꝝ dei ad ꝑpetuā rei memoriā. Dū attēta meditatione pēſamꝰ ꝙ glioſiſſima dei geni 57
trix maria v̄go uenuſtiſſima: ⁊ oīuʒ v̄tutū floribꝰ iſignita: cuiꝰ ieffabilē pulchritudinē ſol ⁊ luna mi-
rant̄. cuiuſq; p̄cibꝰ iuuat̄ pplus chriſtianꝰ. ⁊ que florē p̄cioſiſſimū imarceſſibilē ⁊ eternū dn̄m nr̄m ieſum chriſtū im
mēſa ſci ſpūs coopante v̄tute genuit: ꝓduxitq; ſacrū ordinē btē marie de mōte carmeli a ſancta ſede ap̄lica ⁊ pluri-
bus romañ pōtificibꝰ p̄deceſſoribꝰ nr̄is ⁊ etiā a nobis multipľr approbatū. quem eiuſdē glioſiſſime dei genitricis
ſemꝑq; v̄ginis marie ſpāli titulo uoluit iſigniri: ut ob eiuſdē v̄ginis reuerētiā ordo ipſe a chriſti fidelibꝰ merito ꝑam
plius uenerarent̄. ipſiq; fideles ꝓpterea eiuſdē v̄ginis marie ſuffragijs adiuti eterne retributionis p̄mia facilius cōſe
qui mererent̄: dūq; ſublimiū dicti ordinis utriuſq; ſexus ꝑſonarū v̄tutū merita deo q̄dē grata ⁊ in ꝯſpectu p̄dicte ſe-
dis accepta digna memoria recēſemꝰ: ac ordinē ipm̄ ⁊ illiꝰ ꝑſonas ſub ſedis ap̄lice ⁊ eccľie romane ꝓtectione imedi
ate exn̄tis: ⁊ inter ceteros regulariū ordinū ꝓfeſſores in firmamēto catholice fidei militātes: tanꝗ religionis ſpecu
lū ⁊ exēplar ſpāli charitate fulgētes: ſanctorūq; ꝓphetarū helie ⁊ heliſei ⁊ henoc: nec nō ⁊ alioꝝ ſanctoꝝ patrum
qui montē ſanctū carmeli iuxta helie fontē inhabitarūt ſucceſſionē hereditariā tenētes: fructꝰ quoq; uberes quos
dictꝰ ſacer ordo in agro militātis eccľie in ꝓpagatione religionis ⁊ fidei orthodoxe hactenꝰ ꝓduxit utiľr: ⁊ ꝓducit
ac in futurū ꝓducturū fore indubitāter ſpamꝰ p̄na charitate iuuemur. Dignū: q̄n potius debitū reputamꝰ nos ad il
la nr̄os debere dirigē cogitatꝰ: per que ea que pro diuini cultꝰ glia ⁊ dicti ordinis incremēto ac chriſti fideliū aīarū
ſalute a ꝗpluribꝰ romañ pōtificibꝰ p̄deceſſoribꝰ nr̄is cōceſſa dicunt̄ ſublatis ambiguitatibus que exinde emerſiſſe
noſcunt̄ in ſua integritate ꝑſiſtāt. ⁊ tāto firmiꝰ obſeruent̄: quāto erūt ſepiꝰ p̄dicte ſedis munimine ſtabilita. Sane ſi-
cut exhibita nobis nuꝑ pro ꝑte dilecti filij Chriſtofori martignoni dicti ordinis gnālis magr̄i ac ſacre theologie ꝓ-
feſſoris petitio cōtinebat: licet multi romañ pōtifices p̄deceſſores nr̄i ob reuerētiā glioſiſſime ⁊ intemerate dei geni
tricis ſemꝑq; v̄ginis marie de mōte carmeli: ⁊ ſingularē deuotionē quā ad illā ⁊ p̄dictū ordinē ſub eiuſdē dei geni-
tricis marie titulo ſpāliter inſignitū geſſerūt diuerſas indulgētias: ⁊ peccatoꝝ remiſſiones: ac priuilegia: ⁊ idulta ipſi
ordini ⁊ illius domibꝰ cōceſſerint. que in eiſdē domibꝰ ſunt recepta ⁊ quoꝝ cōtinētia in publicis ſcripturis ⁊ dicti
ordinis eccľijs aptiſſime repit̄. ſub hac videlicet v̄boꝝ forma. ¶ Leo papa. iiij. oībꝰ chriſti fidelibꝰ qui eccľias btē
dei genitricis marie de mōte carmeli huiuſmodi in feſtis natiuitatis dn̄ice: paſche: apľoꝝ petri ⁊ pauli: pēthecoſtes:
aſſumptionis: natiuitatis: annūciationis: purificationis eiuſdē beate dei genitricis marie. ſancti michaelis archāge-
li. oīum ſanctoꝝ. Jn duobus feſtis ſancte crucis. Natiuitatis ſancti ioānis baptiſte. Sanctoꝝ martyrū fabiani ⁊ ſe
baſtiani. ⁊ in die paraſceues. ⁊ per oct. p̄dictarū feſtiuitatū. a uocabulis oīum eccľiarum dicti ordinis deuote viſita
rēt. ⁊ pias elemoſynas largiti forēt. ſeu domos ꝯfractas eiuſdem ordinis reficerēt. ſeptem annos ⁊ duodecim qua
dragenas. ¶ Et adrianus. ij. Stephanus. v. Sergius. iij. Joānes. x. ⁊ Joānes. xj. Sergius. v. ⁊ Jnnocētius. iiij. qui
dictum ordinem ꝯfirmauit oībus chriſti fidelibus uere penitētibus ꝯtritis ⁊ ꝯfeſſis qui p̄dictas eccleſias pie viſita-
rēt in predictis feſtiuitatibus: ⁊ earū octauis. ſeu qui domos fractas eiuſdem ordinis reficerēt. uel pro fabricis ipſa-

rū ecclīarū munera darēt.uel cōfratriā dicti ordinis aſſumerēt:⁊ eā itrarēt:aut calicē pro miſſis celebrādis.uel to-
balias ſeu mappas erogarēt:uel qui in pmiſſis:aut in quolibet pmiſſoꝝ manꝰ porrigerēt adiutrices:uel qui in ſuis
ultimis teſtamētis aliqd legarēt:tertiā ptē oium peccatoꝝ in dño relaxarūt. ¶ Itē Clemēs.iiij.Alexāder.ij.Grego-
rius.v.⁊ Gregoriꝰ.vij.in pdictis feſtis ⁊ in quolibet eorūdē ſilem grām largiti ſunt. ¶ Itē Clemēs.iiij.eiſdē chriſti fi
delibꝰ qui pdictas ecclīas qter in anno viſitarēt videlicet in qttuor feſtiuitatibꝰ eiuſdē dei genitricis marie trigita an
nos ⁊ totidē qdragenas pie ꝯceſſit. ¶ Itē in priuilegio gnāli lucij pp.iiij.remittunt ab eodē peccata leuia:offenſa pa
rētū:negligētie uotoꝝ fractoꝝ:dū tñ fractor ad uota rediret.⁊ male acqſita ſi neſcit cui reſtitui debeāt.dūmodo pdi
ctis locis ſeu illoꝝ ꝯuētibꝰ aſſignent. ¶ Demū Innocētiꝰ.iiij.⁊ Gregoriꝰ.viij.ꝯtulerūt qlibet die cuilibet dicēti Pr̄
nr̄ ⁊ Aue maria in dictis eccl̄ijs ſemel pro viuis ⁊ defunctis qdraginta dies idulgētiarū. ¶ Rurſus Honoriꝰ.x.⁊
Nicholaus.iiij.romañ pōtifices oibꝰ uere penitētibꝰ ⁊ manus adiutrices pdictis domibꝰ porrigētibꝰ:⁊ illarū frī
bus oium peccatoꝝ ſuoꝝ ueniā polliciti fuerūt. ¶ Inſup Honorius.ix.oibꝰ uere penitētibꝰ ⁊ ꝯfeſſis dicti ordinis
ecclīas viſitātibꝰ:ſeu manus illis adiutrices porrigētibꝰ qdraginta annos ⁊ totidē qdragenas de iniūctis eis peni
tētijs videlicet in feſto uocabuloꝝ ipſarū ecclīarū.⁊ in die ſcō paraſceues.nec nō in die ſcē crucis.ac in feſtiuitatibꝰ
natiuitatis annūciationis purificationis ⁊ aſſūptionis btē dei genitricis marie miſicorditer in dño relaxauit:⁊ cō
ceſſit. ¶ Ulterius Bñdictꝰ pp.x.oibꝰ uere penitētibꝰ ⁊ ꝯfeſſis qui ter in ſeptimana videlicet qdrageſimali tpe ſcda
qrta ac ſexta ferijs.⁊ ēt in feſtis uocabuloꝝ oiuz ecclīaꝝ dicti ordis:nec nō diebꝰ ſabbatis ob btē dei genitricis reue
rētiā:⁊ i diebꝰ dñicis pie viſitarēt.qdraginta ānos ⁊ totidē qdragenas:⁊ oiuz pctōꝝ ſeptie ptis remiſſionē i dño re
laxauit.oēs idulgētias:⁊ pctōꝝ remiſſiōes a ſuis pdeceſſoribꝰ romañ pōtificibꝰ dicto ordi ꝯceſſas in diebꝰ ⁊ i fe-
ſtis pdictis duplicādo. ¶ Itē Joānes.xxij.oēs idulgētias ⁊ pctōꝝ remiſſiōes a romañ pōtificibꝰ pdeceſſoribꝰ ſuis
dicto ordi ꝯceſſas ꝯfirmauit.ac qdraginta ānos ⁊ totidē qdragenas de iniūctis penitētijs vniuerſis chriſti fidelibꝰ
dicti ordis ecclīas in qlibet ſolēnitate qttuor feſtiuitatū btē dei genitricis marie.vz.natiuit ānūciatiōis purificatiōis
⁊ aſſūptiōis ꝯtritis ⁊ ꝯfeſſis in dño pia largitiōe ꝯceſſit. ¶ Succeſſiue Urbanus pp.v.oēs idulgētias ſilr a ſuis p-
deceſſoribꝰ dicto ordini ꝯceſſas ꝯfirmauit.atqȝ in feſto annūciationis btē marie dicti ordinis ecclīas viſitātibꝰ ſe-
ptē annos:⁊ duodecim qdragenas in dño relaxauit. ¶ Poſtremo Nicholaus pp.v.oēs idulgētias ⁊ peccatoꝝ re
miſſiones ac oia priuilegia dicto ordini a ſupradictis romañ pōtificibꝰ pdeceſſoribꝰ ſuis in pdictis diebꝰ ⁊ feſtis
ꝯceſſas ⁊ ꝯceſſa motu ꝓprio duplicādo ꝯfirmauit.atqȝ annos ſeptē ⁊ totidē qdragenas in dño relaxauit: tñ ſicut
pfati Chriſtofori gnālis dicti ordinis magrī relatiōe nup accepimꝰ pro eo qd ꝓpter ſingularitatē priuilegioꝝ origi-
nales deſup lr̄e ad manus gnālis pdicti nō ꝑuenerūt nec de illis aliter qȝ ut ꝓfert doceri pōt circa lr̄as ⁊ priuilegia
hmōi eorūqȝ vim ⁊ efficaciā nōnulla dubia ſunt exorta aliaqȝ indies ſuboriri formidant.niſi per nr̄e ꝓuidētie ſtu-
diū ſup hoc ꝓuideat oportune.ꝯſertiz cū ex iniūcto deſup nobis aplīce ſuitutis officio ad nos ſpectet ſinguloꝝ or
dinū cōmodis iuigilare:⁊ quātū ualemꝰ oium aīas altiſſimo lucrifacē:Cupiētes itaqȝ ut idulgētie ac ſingule pdeceſ
ſoꝝ nr̄oꝝ lr̄e dicto ordini ac eius domibꝰ ⁊ eccl̄ijs ꝯceſſe ſublatis qbuſcūqȝ heſitationū obſtaculis iuiolabilr ob-
ſeruent:eiſqȝ ꝓut ꝯceſſa dicunt indubia fides adhibeat:deuotioqȝ vniuerſi ppl̄i creſcat ⁊ augeat:atqȝ dicti ordis eccl̄ie
domꝰ ac ꝯuētꝰ ꝯſeruent:edificent.⁊ in eoꝝ edificijs amplient:reſtaurent:⁊ reparent:pdictoꝝ ⁊ alioꝝ plurimoruz
romañ pōtificū pdeceſſoꝝ nr̄oꝝ qui ordinē pdictū uarijs priuilegijs nō imerito decorarūt.⁊ quē ēt nos diuerſis
alijs gratijs ac priuilegijs gratioſiſſime ⁊ libalr ornauimus ueſtigijs iherēdo motu ꝓprio nō ad ipſiꝰ Chriſtofori
gnālis magrī:aut alicuiꝰ dicti ordis glioſiſſime dei genitricis ſempqȝ vginis marie de mōte carmeli ꝓfeſſoꝝ uel al-
teriꝰ ꝓ eis nob ſup hoc oblate petitiōis iſtātiā:ſed de nr̄a mera uolūtate ac delibatioñ ⁊ ex certa nr̄a ſciā ſingulas i
dulgētias nō tñ plenarias:ac alias ſpūales:⁊ tpales grās:a pdictis ſeu qbuſuis alijs romañ pōtificibꝰ pdeceſſori-
bus nr̄is dicto ordini btē marie de mōte carmeli ⁊ illiꝰ domibꝰ eccl̄ijs:ac pſonis:in genē:uel in ſpē quōlibet ꝯceſſas:
qrū oiuz tenores ⁊ effectꝰ ac ſi de vbo ad vbū pn̄tibꝰ iſererent.hic hēri uolumꝰ ꝓ ſufficiēter expſſis aucte aplīca te
nore pn̄tiū in ſuo robore ſuaqȝ firmitate ꝯfirmamꝰ:approbamꝰ:⁊ inouamꝰ:ac de nouo ꝯcedimꝰ:ſupplētes oēs ⁊
ſingulos defectꝰ:ſi qui forſan quoquomō iteruenerint in eiſdē.Et qm̄ iter ſcōꝝ ⁊ ſcāꝝ ſolēnia glioſiſſime dei genitri
cis marie ſolēnitates ⁊ feſta nūero ſeptē vz annūciatioñ.viſitatioñ.aſſūptioñ.natiuit.ꝯceptioñ.pn̄tatioñ.⁊ purifica
tioñ.ac ea q in honorē ſui nois dedicata ſūt loca.eo ſolēniꝰ a chriſti fidelibꝰ ꝯuenit uenerari.quo ipſa de utō mr̄is
ſue ꝓcedēs fecūda vtutibꝰ ⁊ ſpū ſcō repleta caligināti mūdo ignorātie tenebris obducto:⁊ ēt pplo in tenebris ambu
lāti habitātibuſqȝ in regione vmbre mortis lucē ieffabilē vz dñm nr̄m ieſuz chriſtū redēptorem oiuz eiuſdē ſpūs ſci
coopante vtute ex ſuis puriſſimis viſceribꝰ genuit.⁊ ab angelo annūciata iter oēs mulieres bn̄dicta pdicat:⁊ con-
grue icōparabilr vgo maria bn̄dicta dicit.qr mr̄ filij dei effecta ſuſcepit gliam:⁊ itegritatis ſue ſuauit coronā:⁊ ue-
re eſt bn̄dicta in mulieribꝰ:que ſine exēplo muliebris ꝯditionis cum decore vginitatis gauiſa eſt honore parentis.

Jdcirco affectãtes ut oẽs ⁊ ſingule ecclie ĩ honore ⁊ ſb ĩuocatiõe nois eiuſdẽ glioſiſſime dei genitricis marie de mon
te carmeli per vniuerſuʒ orbẽ fundate: ⁊ ꝯſtructe: ac deinceps que diuina annuẽte clemẽtia edificabunt: ⁊ ꝯſtruent: cõ
grua deuotione a chriſti fidelibꝰ uenerent. ac que imꝑfecte ſunt ad opis cõplemẽtũ deducant. ⁊ cõplete ꝯſeruent: nec
nõ paramẽtis ⁊ alijs ad diuinũ cultũ inibi neceſſarijs debite ornent. Jpſiqꝫ chriſti fideles in vniuerſo orbe ꝯſtituti
ad eaſdẽ eccl'ias nũc ⁊ pro tp̃e exñtes eo libẽtiꝰ ꝯfluãt: ⁊ ad emptionẽ ornamẽtoꝝ hmõi nec nõ earũdẽ eccl'iarũ cõ
plemẽtũ ꝯſeruationẽ: ⁊ diuini cultꝰ inibi augmẽtũ manus ꝓmptiꝰ porrigãt adiutrices: quo ex hoc ibidẽ dono ce-
leſtis grẽ uberius ꝯſpexerint ſe refectos de oĩpotẽtis dei miſicordia: ac ꝑfatoꝝ petri ⁊ pauli aplo'ꝝ eius auc̃te ꝯſi-
ſi: oĩbꝰ chriſti fidelibꝰ uere penitẽtibꝰ ⁊ ꝯfeſſis: qui in ꝯceptioñ. ꝑñtatioñ. natiuitatis: annũciatiõis: purificatiõis: viſi
tationis ⁊ aſſũptionis dicte glioſiſſime dei genitricis marie feſtiuitatibꝰ a primis ueſpis uſqꝫ ad occaſum ſolis die-
rũ feſtiuitatũ hmõi dicti ordinis de mõte carmeli per dictas eccl'ias ubilibet ꝯſtitutas: nec nõ per ſeptẽ dies ꝑdictas
feſtiuitates imediate ſequẽtes: ac ẽt in diebꝰ uocabuloꝝ earũdẽ eccl'iarũ deuote viſitauerint annuatim: ac ad ꝑmiſ-
ſa uel eaꝝ aliq̃ manus porrexerint adiutrices triginta annos ⁊ totidẽ q̃dragenas de iniũctis eis penitẽtijs miſicor
diter in dño relaxamꝰ. ꝑñtibꝰ ꝑpetuo ualituris. Et qꝛ difficile admodũ foret ꝑñtes lr̃as ad ſingulas ꝓuincias ⁊ lo
ca originalr̃ deſtinare. uolumus ⁊ dicta auc̃te decernimus: ꝙ trãſumptis earũ manu notarij publici ſubſcriptione:
⁊ pro tp̃e exñtis dicti ordinis ꝓtectoris: uel alicuꝰ archiep̃alis: ſeu ep̃alis: aut gñalis auditoris cauſarũ camẽ apl'i
ce: uel alteriꝰ eccl'iaſtice curie ſeu dicti ordinis gñalis magr̃i ſigillo munitis ea ꝓrſus in iudicio ⁊ extra ubicũqꝫ exhi
bita fuerit uel oſtẽſa fides adhibeat indubia: ac ſi ip̃e originales lr̃e forẽt exhibite: uel oſtẽſe. Nulli ergo oĩno hoiuʒ
liceat hãc paginã nr̃e ꝯfirmationis approbatioñ innouatioñ cõceſſionis ſuppletioñ relaxatioñ cõſtitutioñ ⁊ uolũ
tatis infringe uel ei auſu temerario cõtraire. Si quis aũt hoc attẽptare ꝑſumpſerit indignationẽ oĩpotẽtis dei ⁊ be
atorũ petri ⁊ pauli aplo'ꝝ eius ſe nouerit incurſurũ. Datum rome apud ſanctũ petrum anno incarnatioñ dñice mil
leſimo quadringẽteſimo ſeptuageſimo ſeptimo kl' aprilis Pontificatus noſtri anno ſexto.

**Sixtus** Ep̃us ſuus ſuoꝝ dei Dilectis filijs Magr̃o gñali ⁊ vniuerſis fr̃ibꝰ ſacri ordinis glioſiſſime dei ge 58
nitricis ſempqꝫ ỽginis marie de mõte carmeli ꝑñtibꝰ ⁊ futuris ſalutẽ ⁊ aplicã beñ. Sacer ordo ue
ſter in agro dñico diuina diſpoſitiõe plãtatꝰ ⁊ glioſiſſime dei genitricis marie titulo ſp̃aliter iſignitꝰ aplicis gratijs di
gne meret attolli. Cũ illiꝰ ꝓfeſſores relegatis a ſe mũdanis illecebris celeſtiũ ꝯtẽplatiõi uacãtes iſiſtũt iugiter ꝓfecti
bꝰ aiarũ ꝓpt̃ que ad dictũ ordinẽ a pluribꝰ romañ põtificibꝰ ꝑdeceſſoribꝰ nr̃is ⁊ ẽt a nob̃ multiplr̃ approbatũ apl'i
ce ꝯſideratioñ ĩtuitũ dirigẽtes ad ea libẽter ĩtẽdimꝰ per que ꝓfeſſores ipi nullũ iterne pacis patiant excidiũ nullũqꝫ
religionis ſtatꝰ ꝑferãt detrimẽtũ ſed ab oĩ moleſtia liberi eo deuotiꝰ diuino cultui ac ſalutis ĩtẽdãt opibꝰ quo ſtatꝰ
eoꝝ q̃etior fuerit ipſiqꝫ ampliori cognoſcant libtate dotati. Sane lʒ dudũ fe. re. Joãnes pp̃. xxij. ꝑdeceſſor nr̃ uos ⁊
ordinẽ ur̃m ꝑdictũ ac eccl'ias oratoria domos ⁊ loca q̃cũqꝫ tũc ⁊ ꝑ tp̃e exñtia ad eũdẽ ordinẽ ſpectãtia cũ in eis
degẽtibꝰ utriuſqꝫ ſexꝰ ꝑſonis ac oĩbꝰ rebꝰ bonis iuribꝰ ⁊ ꝑtinẽtijs ſuis in ius ⁊ ꝓprietatẽ bt̃i petri aplo'ꝝ principis
ac ſcẽ ſedis aplice aſſũpſit uoſqꝫ ⁊ illa a cuiuſcũqꝫ dioceſani ⁊ alteriꝰ ꝑtãte iuriſdictiõe ac dñio in ꝑpetuũ ꝓrſus ⁊
oĩno exemerit decernẽdo ex tũc uos ⁊ ordinẽ ip̃m nec nõ eccl'ias oratoria domos ⁊ loca ꝑfata cũ ꝑſonis rebꝰ bonis
iuribꝰ ⁊ ꝑtinẽtijs ſupradictis ſoli romañ põtifici ⁊ dicte ſedi tã in ſp̃ualibꝰ q̃ in tp̃alibꝰ abſqꝫ ullo medio ſubiacẽ ita
ꝙ nec locoꝝ ordinarij nec alia q̃uis eccl'iaſtica ꝑſona in uos ⁊ ordinẽ ac eccl'ias oratoria domos loca ꝑſonas res
⁊ bona ꝑdicta utpote ꝓrſus exẽpta poſſent excoicatiõis ſuſpeñ aut ĩterdicti ſñias ꝓmulgare uel al's ꝑtãtẽ ſeu iuriſ-
dictionẽ aliquã exercẽ q̃d ſi forſan ꝗcꝙ in ꝯriũ a quoq̃ attẽptatũ foret illud oĩno eẽt irritũ ⁊ iane poſtmodũ ẽt bo-
ne memorie Clemẽs pp̃. vj. ſilr̃ ꝑdeceſſor nr̃ uobis ⁊ ſucceſſoribꝰ ur̃is ꝑpetuo idulſerit ut ꝑfati Joãnis ꝑdeceſſoris
exẽptiõe in ſuo robore ꝑmanẽte ẽt corã q̃buſuis dioceſanis ⁊ locoꝝ ordinarijs rõne delicti ꝯtcꝰ ſeu rei de q̃ ageret
ꝯueniri uel ĩpeti nullatenꝰ poſſetis pie memorie Jnnocẽtij pp̃. iiij. ẽt ꝑdeceſſoris nr̃i ⁊ alijs ꝯſtitutiõibꝰ aplicis ꝯrijs
nõ obſtãtibꝰ q̃buſcũqꝫ Decernẽdo ex tũc ſilr̃ irritũ ⁊ iane ſi ſecꝰ ſuꝑ hijs a quoq̃ q̃uis auc̃te ſciẽter uel ignorãter ꝯti-
gerit attẽptari Tñ ſicut nobis dilectꝰ filiꝰ Chriſtoforus martignonꝰ modernꝰ ſacri ordis ur̃i gñalis magr̃ nuꝑ ex-
poſuit nõnulli inq̃ſitores hẽtice prauitatis ẽt mẽdicãtiũ ordinũ ꝓfeſſores in diuerſis mũdi ꝑtibꝰ ꝯſtituti minꝰ ueraci
ter aſſerẽtes quoſdã ur̃i ordis ẽt ſacre theologie ꝓfeſſores ſeu bachalarios res ueſanas ⁊ fidei articulis ꝯrias in ſu
is ſmonibꝰ aut diſputatiõibꝰ affirmare uos ⁊ ꝓfeſſores hmõi ur̃os ꝓpterea multiplr̃ uexare ⁊ ꝯtra eos inq̃rẽ ac
ꝓcedẽ exq̃ſitis medijs nõ uerent in ipſiꝰ ur̃i ordis vilipẽdiũ ⁊ ur̃m nõ modicũ detrimẽtũ. Quare dictꝰ Chriſtoforꝰ
nob̃ humilr̃ ſupplicauit ut uob̃ ur̃oqꝫ ſtatui ⁊ q̃eti ſuꝑ hijs opportune ꝓuidẽ de benignitate aplica dignaremur. Nos
igit attẽtis exẽptiõe ⁊ idulto ꝑmiſſis ac ex certis alijs rõnabilibꝰ ad id aiũʒ nr̃m iducẽtibꝰ cauſis hmõi ſupplicatiõi
bꝰ iclinati uos oẽs ⁊ ſingulos ac qui nũc ſũt ⁊ pro tp̃e erũt eiuſdẽ ur̃i ordis ꝓfeſſores ab oĩ iuriſdictiõe dñio ⁊ ꝑtã
te eorũdẽ inq̃ſitoꝝ ſilr̃ nũc ⁊ ꝑ tp̃e exñtiũ auc̃te aplica tenore ꝑñtiũ ꝓrſus ⁊ oĩno eximimꝰ ac ꝑpetuo libamꝰ ita ꝙ

deinceps hmōi heretice prauitatis inqſitores ēt ordinū mēdicātiū ſupradicta aut alia q̄uis occaſione uel cauſa cō-
tra uos aut dicti ordinis nři pſonas nullatenus inq̄re ꝓcedē aut iuriſdictionē aliquā in uos exercē quoquomō ua
leāt ſub excoicationis late ſnīe pena quā q̄libet ꝯfaciēs eo ipſo incurrat. Sed teneamini ſolū corā nobis ⁊ ſucceſſo
rib⁹ nřis romañ pōtificib⁹ canonice itrātib⁹ aut dicti ordis nři ꝓtectore uel curie cauſaꝝ camē aplice gnāli auditore
in cauſis fidei aut offiñ inqſitoꝝ eorūdē cōcernētib⁹ de iure rñdē cū p̄dicatoꝝ ⁊ minoꝝ ordines dicant ſtib⁹ priui
legijs iſigniti decernētes ex nūc irritū ⁊ iane ſi sec⁹ ſup his a quoq̄ q̄uis aucte ēt aplica ſciēter uel ignorāter ꝯtigerit
attēptari. Et nihilomin⁹ nūc ⁊ ꝓ tpe exñti dicti ordinis nři ꝓtectori oībuſq̄ ⁊ ſingulis p̄latis ⁊ alijs pſonis eccliaſ-
ſticis in dignitate ꝯſtitutis Nec nō cathedraliū eccliarū ēt metropolitañ canonicis per aplica ſcripta mādam⁹ q̄tin⁹
ipſi ⁊ q̄libet eoꝝ p ſe uel aliū ſeu alios dū ⁊ quotiēs op⁹ fuerit ac ſup hoc pro pte nřa reſpectiue fuerint req̄ſiti uob
in p̄miſſis efficacis defenſionis p̄ſidio aſſiſtētes ac p̄miſſa oia ⁊ ſingula ubi ⁊ qñ expedire cognouerint ſolēniter pu
blicātes nō pmittāt uos uel aliquē nřm ꝯtra p̄ntiū tenorē per quoſcūq̄ inqſitores quōlibet inq̄etari ſeu moleſtari
ſed eos oēs ⁊ ſingulos quos eis ꝯſtiterit hmōi excoicatiōis ſniam icurriſſe quotiēs ſup hoc pro pte nřa aut alicui⁹
nřm fuerint req̄ſiti in ecclijs ⁊ alijs locis ubi eis videbit excoicatos publice denūciēt ⁊ ab alijs denūciari ac ab oī-
bus arti⁹ euitari faciāt donec debita ſatiſfactione prima meruerint ab eadē excoicatiōis ſnīa abſolōnis bñficiū ob
tinē. Cōtradictores per cēſurā eccliaſticā appellatiōe poſtpoſita cōpeſcēdo nō obſtātib⁹ ꝯſtitutionib⁹ ⁊ ordinatio
nib⁹ aplicis ēt illis que in lrīs q̄s ordinib⁹ minoꝝ ⁊ p̄dicatoꝝ ꝯfirmauim⁹ ⁊ q̄s vulgus mare magnū appellat cō
tinent. Nec nō p̄dictoꝝ inqſitoꝝ etiā mēdicātiū ⁊ eoꝝ ordinū iuramēto ꝯfirmatione aplica uel q̄uis alia firmitate
roboratis ſtatutis ꝯſuetudinib⁹ priuilegijs ⁊ idultis qb⁹ oib⁹ ēt ſi de illis eorūq̄ totis tenorib⁹ ſpālis ſpecifica ⁊
expſſa mētio p̄ntib⁹ hñda foret tenore p̄ntiū quo ad p̄miſſa derogam⁹ ⁊ illa pro iſectis hēri uolum⁹ ꝯrijs quibuſ
cūq̄. Aut ſi inqſitorib⁹ ⁊ eoꝝ ordinib⁹ p̄dictis uel q̄buſuis alijs coiter uel diuiſim a ſede p̄dicta idultū exiſtat qđ i-
terdici ſuſpēdi uel excoicari nō poſſint per lrās aplicas nō faciētes plenā ⁊ expſſam ac de vbo ad vbū de indulto
hmōi mētionē ⁊ q̄libet alia dicte ſedis idulgētia gnāli uel ſpāli cuiuſcūq̄ tenoris exiſtat per quā p̄ntib⁹ nō expſſam
uel totalr nō inſertā effect⁹ earū ipediri ualeat quōlibet uel differri ⁊ de qua cuiuſq̄ toto tenore hñda ſit in ueſtris
lrīs mētio ſpālis. Ceterū qꝛ difficile admodū foret p̄ntes lrās ad ſingulas ꝓuincias ac loca originalr deſtinare uo
lumus ⁊ dicta aucte decreuim⁹ q̄ trāſumptis earū cū p̄ntib⁹ debite collationatis ac man⁹ notarij publici ſubſcri
ptione nec nō pro tpe exñtis dicti ordinis ꝓtectoris aut alicuius archiepālis ſeu epālis uel p̄dicti gnālis auditoris
cauſarū camē aplice ſeu alteri⁹ eccliaſtice curie ſigillo munitis ea ꝓrſus in iudicio ⁊ extra iudiciū ubicūq̄ exhibita
fuerint uel oſtēſa fides adhibeat indubia ac ſi ipſe originales lrē forēt exhibite uel oſtēſe. Nulli ergo oino hoīum
liceat hāc paginā nře exēptionis libationis ꝯſtitutionis mādati derogationis uolūtatis ⁊ decreti infringere uel ei
auſu temerario ꝯtraire. Si quis aūt hoc attēptare p̄ſumpſerit indignationem oipotētis dei ⁊ beatoꝝ petri ⁊ pau-
li aplorum eius ſe nouerit incurſurum. Datū rome apud ſanctum petrū anno incarnationis dñice milleſimo qua
dringēteſimo ſeptuageſimo ſeptimo Decimo kl' ſeptēbris Pontificatus nři anno ſexto.

**Poſt quarum quidem** litterarum aplicarū p̄ntatioñ ⁊ receptioñ nobis ⁊ per nos ut p̄mittit̄ fact̄ fuimus per p̄fatū reuerēdū patrē dñm ⁊ magrm
Chriſtoforū martignonū ſupradicti ordinis generalē magrm etiā noib⁹ q̄bus ſupra debita cum inſtātia req̄ſiti q̄ti
nus ad executionē dictarū lrārum aplicarū ⁊ cōtētoꝝ in eiſdē ꝓcedere curaremus iuxta traditā ſeu directam per
eas a ſede aplica nobis formā. Nos igit̄ Joānesaloiſius auditor iudex ⁊ executor p̄fatus uolētes mādatū apli-
cum ſupradictū nobis in hac parte directū reuerēter exequi ut tenemur. Idcirco aucte aplica nobis cōmiſſa ⁊ qua
fungimur in hac parte p̄fatas lrās ⁊ huc p̄ſentē nřm ꝓceſſum ac oia ⁊ ſingula in eis cōtēta uobis oibus ⁊ ſingulis
ſupradictis coiter uel diuiſim intimamus inſinuamus ⁊ notificamus ac ad nřam ⁊ cuiuſlibet ueſtrū noticiā deduci-
mus ⁊ deduci uolumus per p̄ntes. Et nihilominus uos dños p̄triarchas archiepos epos vicarios officiales re-
ctores p̄dictos oēſq̄ alios ⁊ ſingulos ſupradictos in dictis lrīs aplicis noiatos ⁊ deſcriptos tenore p̄ſentiū req̄ri-
mus ⁊ monemus primo ſecūdo tertio ⁊ peremptorie coiter ⁊ diuiſim uobis ⁊ ueſtrū cuilibet inſolidū in vtute ſancte
obediētie ⁊ ſub penis infraſcriptis diſtricte p̄cipieñ mādañ q̄tinus infra ſex dierū ſpatiū poſt p̄ſentatioñ ſeu notifi-
catioñ p̄dictarū lrārū aplicarū ⁊ p̄ntis nři ꝓceſſus ac req̄ſitionē uobis ſeu alteri nřm pro pte magri gnālis fratrū
⁊ p̄feſſoꝝ p̄dictoꝝ uel alteri⁹ eoꝝ ſup hoc factas imediate ſequeñ. Quoꝝ ſex dierū duos pro primo duos ꝓ ſcdo
⁊ reliquos duos dies uobis vniuerſis ⁊ ſingulis ſupradictis pro tertio ⁊ peremptorio t̄mino ac monitioñ canonica
aſſignam⁹ Magrm gnālē frēs p̄feſſores ⁊ eoꝝ quēlibet priuilegioꝝ ⁊ ꝯceſſionū in p̄inſ̄tis lrīs ꝯtētoꝝ iuxta formā
⁊ tenorē earūdē lrārū necnō uolūtatē dicti dñi nři pape ut in dictis ſuis inouationis approbationis ꝯſtitutiōis or-
dinationis applicatiōis ſtatuti ꝯceſſionis idulti extēſionis uolūtatis ampliatiōis declaratiōis ꝯfirmatiōis ſupple-

tiõis mãdati derogatiõis ⁊ decreti p̃inſertis lr̃is ap̃licis ꝑtinet pacifica uel q̃ſi poſſeſſione gaudē debē Nec uos ſeu
alter ur̃m executores teſtamētoꝝ ultimarūq; uolūtatū ꝯ tenorē eaꝝ in aliquo moleſtetis nec aliq̃ grauamia iniuri
as ſeu dãna iſeratis ſeu quolibet irrogetis Nec uos uel alter ur̃m moleſtet nec iniurias dãna ſeu grauamina aliq̃
hmõi iſerat irroget nec iſerri ſeu irrogari quoquomõ ꝑmittatis ſeu aliq̃s ur̃m ꝑmittat quominus fr̃es ⁊ ꝓfeſſores
hmõi pacifica poſſeſſione priuilegioꝝ ⁊ ꝯceſſionū p̃dictoꝝ in ſingulis in eis ꝯtētis ac in oib⁹ ⁊ per oia pacifice gau
deāt ⁊ utant ac q̃libet eoꝝ pacifice gaudeat ⁊ utat ꝓut idē ſciſſimus dñs nr̃ papa in p̃inſertis ſuis lr̃is uoluit ⁊ mã
dauit ſeu vult ⁊ mãdat. Qđ ſi forte ꝑmiſſa oia ⁊ ſingula nō adimpleueritis mãdatiſq; ⁊ monitionib⁹ nr̃is huiuſ
modi immo uerius ap̃licis nō parueritis cū effectu Nos in uos oēs ⁊ ſingulos ſupradictos qui culpabiles fueri
tis in ꝑmiſſis ⁊ gn̄aliter in ꝯdictores quoſlibet ⁊ rebelles ac impedien̄ ipſuꝫ magr̄m gn̄alem ⁊ fr̃es p̃dictos ſeu eoꝝ
aliquē aut ſindicos uel ꝓcuratores eoꝝ ſup ꝑmiſſis in aliquo ac ipſos impedien̄ dãtes auxiliū ꝯſiliū uel fauorem
publice uel occulte directe uel indirecte quouis queſito colore cuiuſcūq; dignitatis ſtat⁹ gradus ordinis uel ꝯditio
nis exiſtāt ex nūc ꝓut ex tūc ⁊ ex tūc ꝓut ex nūc ſingulariter in ſingulos p̃dicta canonica monitione ꝑmiſſa excoica
tionis Jn cap̃la vo ꝯuētus ⁊ collegia quecūq; in hĳs forſan qđ abſit delinquētia ſuſpēſion̄ a diuinis ⁊ in ipſorum
delinquētium eccl̃ias monaſteria ⁊ capellas interdicti eccl̃iaſtici ſentētias ferimus in hĳs ſcriptis ⁊ etiam ꝓmulga
mus. Uobis vo reuerēdiſſimis ⁊ reuerendis dñis p̃ͥarchis archiep̃is ⁊ ep̃is p̃fatis dūtaxat exceptis qb⁹ ⁊ urꝫ cui
libet ob reuerētiā ur̃arū pōtificaliū dignitatū deferim⁹ in hac pte ſi ꝯ ꝑmiſſa uel aliqđ ꝑmiſſoꝝ feceritis ꝑ uos uel
ſũmiſſas pſonas p̃dicta ſex dieꝝ canonica monitiõe ꝑmiſſa igreſſuꝫ eccl̃iarū iterdicim⁹ in hĳs ſcriptis. Si vo hmõi
iterdictū ꝑ alios ſex dies p̃fatos ſex imediate ſequen̄ ſuſtinueritis uos ⁊ quēlibet ur̃m in hĳs ſcriptis ſili canonica
monitiõe ꝑmiſſa ſuſpēdim⁹ a diuis. Uerū ſi p̃fatas iterdicti ⁊ ſuſpēſion̄ ſn̄ias ꝑ alios ſex dies p̃fatos duodecim di
es imediate ſequētes aīs qđ abſit ſuſtinueritis iduratis uos ⁊ quēlibet ur̃m in hĳs ſcriptis eadē canonica monitiõe
ꝑmiſſa excoicatiõis ſn̄ia auc̃te ap̃lica inodam⁹. Ceterū cū ad executionē ꝑmiſſoꝝ ulteri⁹ faciēdā quo ad pn̄s pſo
nalr̃ itereſſe nequeam⁹ ꝗplurimis alĳs arduis in roman̄ curia legitime ꝑpediti negocĳs. Uniuerſis ⁊ ſingulis ab
batib⁹ priorib⁹ ꝑpoſitis decanis diaconis archidiaconis cantorib⁹ ſuccētorib⁹ theſaurarĳs ſcolaſticis ſacriſtis cu
ſtodib⁹ ⁊ tã cathedraliū ꝗ collegiatarū eccl̃iarū canonicis plebanis viceplebanis archip̃b̃ris vicarĳs p̃b̃ris cleri
cis notarĳs ⁊ tabellionib⁹ publicis q̃buſcūq; ꝑ q̃ſcūq; ciuitates ⁊ dioceſ ⁊ ꝓuincias in diuerſis mūdi ptib⁹ ac al's
ubilibet ꝯſtitutis ⁊ eoꝝ cuilibet iſolidū ſup ulteriori executiõe dicti mãdati ap̃lici atq; nr̃i faciēda auc̃te ap̃lica teno
re p̃ntiū plenarie cõmittim⁹ vices nr̃as donec eas ad nos ſpālr̃ ⁊ expſſe duxerim⁹ reuocãdas quos ⁊ eoꝝ quēli
bet iſolidū eiſdē auc̃te ⁊ tenore req̃rim⁹ ⁊ monem⁹ primo ſcđo tertio ⁊ peremptorie coiter ⁊ diuiſim eiſq; nihilomin⁹
⁊ eoꝝ cuilibet in v̄tute ſcē obediētie ⁊ ſub excoicatiõis pena quã in eos ⁊ eoꝝ quēlibet niſi ifra ſex dies poſtꝗ pro
pte magr̄i gn̄alis fratrū ⁊ ꝓfeſſoꝝ p̃dictoꝝ fuerint req̃ſiti ſeu alter eoꝝ ſup hoc fuerit req̃ſit⁹ imediate ſequen̄ quos
dies eis ⁊ eoꝝ cuilibet ꝓ tertio ⁊ peremptorio termino ac monitiõe canonica aſſignam⁹ fecerintq; eis in hac parte
cõmittim⁹ ⁊ mãdam⁹ p̃dicta canonica monitione ꝑmiſſa ex nūc ꝓut ex tūc ⁊ ecõtra ferim⁹ in hĳs ſcriptis diſtricte
p̃cipien̄ mãdan̄ q̃tin⁹ ipſi ⁊ eoꝝ ſinguli qui ſup hoc ut ꝑmittit fuerint req̃ſiti ſeu fuerit req̃ſitus Jta tñ qđ in hĳs exe
quēdis alter eoꝝ alterū nō ſpectet nec vn⁹ ꝓ alio ſeu ꝑ aliū ſe excuſet Ad uos dños p̃ͥarchas archiep̃os ep̃os vi
carios officiales ⁊ rectores p̃dictos oēs alios ⁊ ſingulos ſupradictos pſonaſq; ⁊ loca alia de qb⁹ expediēs fuerit
pſonalr̃ accedāt ſeu accedat Et p̃fatas lr̃as ap̃licas hūcq; p̃ntē nr̃m ꝓceſſum ac oia alia ⁊ ſingula in eis ꝯtēta uob
oib⁹ ⁊ ſingulis coiter uel diuiſim legāt itimēt iſinuēt ⁊ fidelr̃ publicare ꝓcurēt ac Magr̄m gn̄alē ⁊ fr̃es ⁊ eoꝝ quēli
bet iuxta formā ⁊ tenorē p̃inſertarū lr̃arū ap̃licarū ⁊ p̃ntis nr̃i ꝓceſſus exemptionū ꝯceſſionū in p̃ntis lr̃is ap̃licis cõ
tētoꝝ pacifica poſſeſſione gaudē faciāt nec executores teſtamētoꝝ ſeu ultimarū uolūtatū moleſtēt nec aliq̃ graua
mina iniurias ſeu dãna iſerāt ſeu quoquomõ irrogēt nec in aliquo moleſtari ſeu ꝑturbari ꝑmittāt nec aliq̃s eoruꝫ
moleſtet nec ꝑturbari ꝑmittat. Et ſi forſan qđ abſit uos dñi p̃ͥarche archiep̃i ep̃i vicarĳ officiales ⁊ rectores p̃di
cti ꝓceſſib⁹ monitionib⁹ req̃ſitionib⁹ ⁊ mãdatis nr̃is hmõi imo ueri⁹ ap̃licis parē ⁊ obedire neglexeritis aut re
cuſaueritis penas cēſuras ⁊ ſn̄ias p̃dictas in uos ut ꝑmittit latas dãnabilr̃ icurrēdo ex tūc ſubdelegatis nr̃is p̃di
ctis ſub dicta excoicationis pena cõmittim⁹ ⁊ mãdam⁹ q̃tin⁹ ſingulis dieb⁹ dñicis ⁊ alĳs feſtiuis in ſuis eccl̃ĳs mo
naſterĳs ⁊ capellis ifra miſſarū ⁊ aliarū diuinarū horarū ſolēnia ubi ppl̃i multitudo ad diuina audiēdū ſeu al's le
gitime ꝯuenerit ac al's ubi q̃n ⁊ quotiēs op⁹ fuerit ⁊ poſtꝗ ꝓ pte magr̄i gn̄alis fratrū ſeu aliquoꝝ eorūdē deſup re
quiſiti fuerint ſeu alter eoꝝ fuerit req̃ſit⁹ iterdictos ſuſpēſos ⁊ excoicatos publice denūciēt ⁊ ab alĳs quãtū in eis
fuerit denūciari ⁊ ab oib⁹ chriſti fidelib⁹ arti⁹ euitari faciāt tādiu ⁊ quouſq; aliud a nobis uel ſupiori nr̃o deſup ha
buerint in mãdatis. Si vo p̃ͥarche archiep̃i ep̃i vicarĳ officiales ⁊ rectores p̃dicti dictis interdicti ſuſpēſion̄ ⁊ ex
cõmunicationis ſentētias per decem dies poſt illius denūciationem immediate ſequentes pertinaciter ſuſtinuerint.

Nos extūc q2 creſcēte ꝯtumacia ⁊ iobediētia creſcē debet ⁊ pena ne facilitas pene audaciā tribuat delinquēdi ꝓceſ-
ſus nr̄os aggrauam⁹ dictis ſubdelegatis nr̄is ſub excoicatiōis pena p̄dicta mādañ q̄tin⁹ ſingulis dieb⁹ dn̄icis ⁊
feſtiuis in eoꝝ monaſterijs ecclijs ⁊ capellis iſra miſſarū ⁊ aliarū p̄ſcriptarū horarū ſolēnia dict) interdicti ſuſpē-
ſioñ ⁊ excoicationis ſnias reiterādo ⁊ inouādo eoſdēq3 ſic ut p̄mittit̄ iterdictos ſuſpēſos ⁊ excoicatos denūciātes
noiatim cāpanis pulſatis cādelis accēſis ⁊ demū extinctis ⁊ in trā ꝓiectis cruce erecta ⁊ religione iducta aquā bn̄
dictā aſpgēdo ad fugādū demones qui eos detinēt ſic ligatos ⁊ ſuis laqueis cathenatos orando qꝺ dn̄s nr̄ ieſus
chriſt⁹ eos ad catholicā fidē ⁊ ſcē mr̄is ecclie gremiū reducē dignet̄ Et ne eos i talib⁹ puerſitate ⁊ duricia dies eoꝝ
finire pmittat cū decātatiōe R̄ſlorij Reuelabūt celi iniq̄tatē iude ⁊c̄. ⁊ pſalmi De⁹ laudē meā ne tacueris ⁊c̄. Et hijs
finitis ad ianuas eccliarū ſuarū vna cū clericis ⁊ parochianis accedēdo ⁊ ad trorē ut eo cici⁹ ad obediētiā redeāt
tres lapides v̄ſus domos h̄itationū ſuarū in ſignū maledictiōis etne ꝓijciāt quā de⁹ dedit dathan ⁊ abiron quos
tra ſuſtinē nō potuit ſed iuſto dei iudicio illos viuos abſorbuit. Etiā poſt miſſam ⁊ in ueſpis ⁊ alijs q̄buſcūq3 ho-
ris canonicis ſmonib⁹ ⁊ p̄dicatiōib⁹ publicis ſolēnit̄ publicēt ⁊ denūciēt ⁊ ab alijs quātū in eis fuerit publicari ⁊
denūciari ⁊ ab oīb⁹ chriſti fidelib⁹ arti⁹ euitari faciāt donec a nobis uel ſupiori nr̄o aliud ſup p̄miſſis recepint in mā
datis. Qꝺ ſi forte p̄ſiarche archiepi epi vicarij officiales ⁊ rectores p̄dicti mādatis ⁊ monitiōib⁹ nr̄is hmōi realr
⁊ cū effectu nō paruerint Vos illuſtriſſimi ⁊ ſereniſſimi pricipes reges duces barones marchiones comites viceco
mites milites ceteriq3 principes ⁊ dn̄i tpales in eiſdē lr̄is aplicis noiati ob honorē ſcē ſedis aplice ⁊ dicti dn̄i nr̄i pp̄
reuerētiā auxiliū ꝯſiliū ⁊ fauorē ſubdelegatis nr̄is ad executioñ p̄ntis nr̄i ꝓceſſus faciēdā ⁊ ad iplēdā p̄ſtetis ⁊ q̄li
bet urm̄ p̄ſtet ur̄as regales maieſtates ⁊ dn̄atiōes ad p̄fatā executionē efficacit̄ hmōi adiplēdā ut ad eoſdē ⁊ quēli
bet urm̄ ſpectat ⁊ ptinet in dn̄o exhortamur. Et nihilomin⁹ oīa alia ⁊ ſingula uobis in hac pte cōmiſſa plenarie ex
equant̄ iuxta p̄dictarū lr̄arū aplicarū ⁊ p̄ntis nr̄i ꝓceſſus ꝯtinētiā ⁊ tenorē ita tn̄ qꝺ ipſi ſubdelegati nr̄i ſeu q̄cūq3
alij nihil i p̄iudiciū dictoꝝ magr̄i gn̄alis fratrū ⁊ ſoroꝝ ⁊ utriuſq3 ſex⁹ p̄feſſoꝝ uel ꝓcuratoꝝ eoꝝ attēptare ualeāt
quōlibet uel imutare nec in ꝓceſſib⁹ p nos habitis ⁊ ſentētijs p nos latis abſoluēdo uel ſuſpēdeñ In cetis aūt que
eiſdē magr̄o gn̄ali ⁊ fr̄ib⁹ ⁊ ſororib⁹ ⁊ oīb⁹ p̄dictis nocē poſſent ipſis ⁊ q̄buſlibet alijs ptātē oīmodā denegam⁹. Et
ſi ꝯtingat nos ſup p̄miſſis in aliquo ꝓcedē de quo uobis ptātē oīmodā reſuam⁹. Nō itēdim⁹ ꝓptea cōmiſſionē
nr̄am hmōi in aliquo reuocare niſi de reuocatiōe ipſa ſpālē ⁊ expſſam in nr̄is lr̄is fecerim⁹ mētionē p ꝓceſſum aūt
nr̄m hmōi nolum⁹ nec itēdim⁹ nr̄is in aliquo p̄iudicare collegis quomin⁹ ipſi uel eoꝝ alter ſuato tn̄ hoc nr̄o ꝓceſ
ſu in negocio hmōi ꝓcedē ualeāt ꝓut ipſis uel eoꝝ alti⁹ viſuz fuerit expedire. p̄fatas quoq3 lr̄as aplicas ⁊ hūc p̄ntē
nr̄m ꝓceſſū ac oīa ⁊ ſingula hmōi negociū tāgeñ uolum⁹ penes magr̄m gn̄alē uel fr̄es p̄dictos uel eoꝝ ꝓcuratores
remanē ⁊ nō p uos aut aliquē urm̄ ſeu quēcūq3 aliū ipſis iuitis quōlibet detineri. Ꝯtriū v̄o facieñ p̄fatis nr̄is ſentētijs
ꝓut i hijs ſcriptis late ſūt p̄dicta canonica monitiōe p̄miſſa ip̄o facto uolum⁹ ſbiacē Mādam⁹ tn̄ copiā fieri de p̄miſ
ſis eā petētib⁹ ⁊ habē debētib⁹ petētiū q̄dē ſūptib⁹ ⁊ expeñ. abſoloñ v̄o oīuz ⁊ ſinguloꝝ qui p̄fatas nr̄as ſnias uel
earū aliquā icurrerint ſeu icurrerit quoquomō nob̄ uel ſupiori nr̄o t̄m̄mō reſuam⁹. Et inſup attēdeñ qꝺ difficile
foret preinſertas originales in forma q̄nterni lr̄as aplicas ad ſingulas mūdi ptes deferre. Idcirco nos Joānes ſalo
uiſius auditor ⁊ dicte romañ curie iudex ordinari⁹ p̄fat⁹ ad p̄noiati reuerēdi p̄ris dn̄i Chriſtofori gn̄alis magr̄i ſeu
prioris ēt noie quo ſupra ſcripto iſtātiā ⁊ req̄ſitionē oēs ⁊ ſingulos ſua coiter uel diuiſim itereſſe putātes eorū q3 ꝓ
curatores ſiq̄ tūc erāt in romañ curia ꝓ eiſdē ad vidēdū ⁊ audiēdū p̄dictas p̄inſtas lr̄as aplicas dicti dn̄i nr̄i Six
ti pp̄ q̄rti corā nob̄ ꝓduci ⁊ exhiberi illaſq3 trāſumi ⁊ exēplari ⁊ in hāc publicā formā redigi mādari auctēq3 ⁊ de
cretū dicte curie ⁊ nr̄az ut moris eſt iterponi uel vidēdū ⁊ cās ſi q̄s hērēt rōnabiles q̄re id mīme fieri debebat allegā
dū p audiētiā publicā lr̄arū p̄dictarū dicti dn̄i nr̄i pp̄ ut moris eſt citari fecim⁹ ⁊ mādauim⁹ ad certū pemptoriū t̄mi
nū cōpeteñ. vz ad diē ⁊ horā iſraſcriptas. q̄b⁹ q̄dē die ⁊ hora aduenētib⁹ cōparuit in iudicio legitime corā nob̄ di-
ct⁹ dn̄s magr̄ chriſtofor⁹ martignon⁹ gn̄alis ēt noīb⁹ ſupra ſcriptis ⁊ data p eū q̄dā citatioñ audiētie pargameni ce
dula in p̄noiata audiētia lr̄arū p̄dictarū lecta ſigilloq3 eiuſdē audiētie ſigillata ⁊ ut moris ē ſignata aliaſq3 inibi debi
te executiōi demādata citatoꝝ in eadē pgameni citatiōe cedula ꝯtētoꝝ nō cōparētiū neq3 hmōi diei t̄mio in aliquo
ſatiſfacē curātiū ꝯtumaciā accuſauit ipſoſq3 ꝯtumaces reputari ⁊ in eoꝝ ꝯtumaciā dictas origīales lr̄as aplicas in
forma q̄nterni ⁊ carta ſupra ſcripta uera bulla plūbea i filis ſericeis rubei croceiq3 coloris more romañ curie ip̄ē
deñ bullatas ſanas itegras ⁊ illeſas nō viciatas nō cācellatas nec i aliq̄ ſui pte ſuſpectas ſed oīb⁹ ꝓrſus vicio ⁊ ſu
ſpitioñ ut p̄ſert carētes corā nobis iterū exhibuit atq3 ꝓduxit. q̄s trāſumi ⁊ exēplari ac i publicā trāſūpti formā re
digi mādari auctēq3 nr̄az ordinariā ⁊ dicte curie decretū ut moris eſt deſup iterponi p nos debita cū iſtātia poſtula
uit. Nos igit̄ Joānes ſalouiſi⁹ auditor ⁊ iudex ordinarius p̄fat⁹ dict̄ citat̄ nō cōpareñ neq3 hmōi dici termino in ali-
quo ſatiſfacē curātes reputauim⁹ id ſuadēte iuſtitia nō imerito ꝯtūaces ⁊ i eorūdē ꝯtūaciā attēdeñ hmōi req̄ſitionē

fore iuſtã ⁊ rõni cõſonam. Q̃ ꝗꝫ iuſta petẽti nõ eſt denegãdus aſſenſus ſupradictas in forma quinterni lr̃as aplĩ-
cas iterũ ad manus nr̃as recepimus illaſqꝫ vidimus tenuimus palpauimus ⁊ diligẽter inſpeximus. Et qꝛ ipſas ut
p̃mittit̃ ſanas integras nõ viciatas nõ cãcellatas neqꝫ in aliq̃ ſui pte ſuſpectas ſed omni ꝓrſus vicio ⁊ ſuſpitioñ ca
reñ repimus. Jdcirco eaſdẽ lr̃as aplĩcas ſupiꝰ de v̓bo ad v̓bũ deſcriptas ⁊ p̃ñtibꝰ inſertas ac cũ dictis originalibꝰ
lr̃is collationatas auſcultatas ⁊ cõcordatas per ꝓuidũ virũ magr̃m Linciũ de viterbio notariũ publicum ⁊ dicte
curie cauſarũ camere aplĩce ſcribã infraſcriptũ trãſumi ⁊ exẽplari ⁊ in hãc publicã trãſumpti formã redigi fecimus
⁊ mãdauimus. Quibꝰ oĩbus ⁊ ſingulis ſupraſcriptis tanq̃ rite ⁊ legitime factis ⁊ celebratis nr̃am ⁊ dicte curie cau
ſarũ camere aplĩce auctẽ interpoſuimus ordinariã ⁊ tenore p̃ñtiũ iterponimus pariter ⁊ decretũ Uoleñ ⁊ aucte ſu
pradicta decernẽtes ⁊ mãdañ ꝙ etiã huic p̃ñti in forma trãſumpti inſtr̃o publico in iudicio ⁊ extra iudiciũ ac ubiqꝫ
locoꝝ ⁊ terrarũ det̃ ⁊ adhibeat̃ de cetero ⁊ in antea talis ⁊ tãta fides q̃lis ⁊ quãta ipſis p̃inſertis lr̃is aplĩcis ori-
ginalibꝰ corã nobis ⁊ per nos ut p̃mittit̃ exhibitis ⁊ receptis ac ſupius ut p̃mittit̃ deſcriptis ⁊ de v̓bo ad v̓bũ inſer
tis ac fideliter ⁊ diligẽter vna cũ p̃ñtibꝰ nr̃is lr̃is ⁊ ꝓceſſibꝰ ac trãſumpto publico auſcultatis ⁊ collationatis data
fuit ⁊ adhibita ac dat̃ ⁊ adhibet̃ dareturqꝫ ⁊ adhiberet̃ ſi in mediũ ꝓducerent̃ ⁊ exhiberent̃. Jn quoꝝ oĩum ⁊ ſin
guloꝝ fidẽ ⁊ teſtimoniũ p̃miſſoꝝ p̃ñtes lr̃as ſiue p̃ñs publicũ inſtr̃m in q̃dragintaq̃ttuor folijs huiuſmodi nr̃m ꝓ-
ceſſum ⁊ trãſumptũ publicũ in ſe ꝯtinẽtes ſiue ꝯtinẽs exinde fieri ⁊ per notariũ publicũ ⁊ dicte curie cauſarũ camere
aplĩce ſcribã ſupra ⁊ infra ſcriptũ ſubſcribi ⁊ publicari mãdauimꝰ Sigilliqꝫ dicte curie quo in talibꝰ utimur iuſſimꝰ
⁊ fecimus appẽſione cõmuniri. Datũ ⁊ actũ rome in eccl̃ia beate marie rotũde pro loco audiẽtie cauſarũ aplĩce ſpe
cialiter deputata uobis inibi mane hora ipſius audieñ cauſarũ ꝯſueta ad iura reddenđ ⁊ cauſas audienđ in loco
noſtro ſolito ⁊ ꝯſueto pro tribunali ſedeñ Sub anno a natiuitate domini milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſi-
mo ſeptimo in ditione decima Die v̓o lune viceſima quarta menſis martij Pontificatus prefati ſanctiſſimi in chri-
ſto patris ⁊ domini noſtri domini Sixti diuina prouidẽtia pape quarti anno ſexto Preſentibus ibidem prouidis
⁊ diſcretis viris magiſtris Ueſconte de vulteris ⁊ Bartholomeo de piſtia ac Jacobo dominici ⁊ Joanne de piſtia
notarijs publicis dicteqꝫ curie cauſarum camere apoſtolice teſtibus ad premiſſa uocatis ſpecialiter ⁊ rogatis.



¶ Incipit tabula Mariſmagni per alphabetum a uenerabili ſacre theologie bachalario fratre Joannemaria de polucijs de nouolaria nõ paruo labore ordinata.

ABſoluere pñt nr̃i fr̃es oẽs chriſti fideles ad ſe recurrẽtes de oibꝰ cõmiſſis. niſi de illis ꝓpter que merito ſedes apl̃ica eſſet ꝯſulẽda. Bulla. i5. patet infra. confeſſio.

Abſoluẽ ab excoicatiõe ⁊ irregularitate. patet ĩfra. gnãlis.

Aduocati noſtri ordinis. Bull. 53. §. 4.

Sãcti alberti officia diuina celebrare poſſumus. Bull. 56.

Apoſtatas ⁊ inſolẽtes fr̃es prior gnãlis ⁊ vniuerſi priores excoicare: ligare: abſoluẽ: ⁊ carceri tradẽ pñt. Bul. 35. 53. §. 20. 32. 33. ⁊ ab vniuerſis ordinarijs ſupioribꝰ rectoribus tã in ſpũalibꝰ q̃ in tpalibus auxilium puniẽdi ⁊ carcerãdi petere poſſunt. Bull. 38. 53. §. 20.

Auxiliũ ab ordinarijs ⁊ dñis petẽ pñt ad corrigẽdos fratres nr̃os rebelles ⁊ iſolẽtes. pꝫ infra brachiũ. Apoſtata.

Antiquitas noſtre religionis in mõte carmelo ⁊ prima fundatio fuit. Bull. 53. in prologo.

¶ Bñficiũ eccl̃iaſticũ uel ꝓuinciã uel ꝯuẽtũ i titulũ ſiue i cõmẽdã fr̃es nr̃i tenẽtes in capl̃is gnãlibꝰ. ꝓuincialibꝰ. ꝯgregatiõibꝰ. uel i adminiſtratiõibꝰ. niſi iteruenĩete ꝯſẽſu re. gnãlis admitti nõ debẽt ſb pẽa excoicatiõis. Bul. 39. 53. §. 4i.

Bigine noſtri ordinis. patet infra. pinzochere.

Bona deſtitutorum monaſteriorum monialium noſtri ordinis cui cõuẽtui ſpectãt. Bull. 53. §. i3.

Brachium ab ordinarijs ⁊ dñis ad corrigendos fratres poſſumus petere. patet ſupra. Apoſtata.

Bulle noſtre innouant: confirmant: ⁊ approbant. Bul. i. 2. 53. §. i. 27. Bull. 57.

¶ Capellani nr̃i ordinis ea libertate ⁊ exẽptione fruunt: qua nr̃i fratres fruunt. Bull. 53. §. i5. 40.

Caſus ꝓpter quos fratres noſtri mittuntur ad ſedem apoſtolicam pro abſolutione. Bull. 53. §. ii.

Canonizatio ſancti alberti. patet ſupra Sancti alberti.

Cõfeſſores eruditi: electi: examinati. patet. ĩ. Predicatores.

Cõfeſſiones ſepulturas ⁊ p̃dicatiões nobis ꝓhibitas per ꝯſiliũ viẽnẽſe in clemẽtinis. Capl̃o. Sup cathedrã. habere ⁊ exercere poſſumus ſicut fratres ſancti dñici ⁊ ſancti frãciſci. Bull. i4. i7. i5. 54. 53. §. 42.

Cõfeſſiones ſubditoꝝ epi ſeu dioceſani quibus nr̃i fratres fuerũt pñtati pro audiẽdis ꝯfeſſionibꝰ in ſua tota dioceſ audire pñt. Bull. i5. i9. Et dicẽtibꝰ tales cõfeſſiones non eſſe bonas ſed iterãdas maximus error attribuit. Bull. i7. Bull. 53. §. i7. ⁊ Joãnes de poliaco dãnat tanq̃ hereticus ⁊ quilibet ſequẽs eum dicẽs p̃dictam ꝯfeſſionez eſſe oino iterãdam ſuo ꝓprio ſacerdoti. Bull. i7. 53. §. i7.

Cõfeſſiones cõfratrũ: familiariuꝫ nr̃oꝝ: ac alioꝝ chriſti fideliũ: fr̃es nr̃i pñtati ordinarijs pñt audire: ⁊ penitẽtiã ſalutarem iniũgere de oibus cõmiſſis: niſi forte talia cõmiſerint ꝓpter que ſedes apl̃ica merito eſſet cõſulẽda. Bull. i9. 53. §. io. Hñtqꜫ talẽ poteſtatẽ ſicut penitẽtiarij minores in curia romana poſiti circa fr̃es nr̃os. Bulla. 20. 53. §. ii. 39. patet ſupra. Abſolue. patet infra Jndulgentiam.

Canonicam portionem de aliqua re nobis legata in teſtamẽto: uel alio modo data: non tenemur dare. Bull. 2i. 22.

Cauſe nobis cõmiſſe ſeu lites. Bull. 44. patet infra Lites.

Cõſeruatorem ⁊ executorem nr̃orum priuilegioruꝫ poſſumus accipe. Bull. 53. §. 43. Bull. 57.

Collectas ſeu exactiones aut angarias non debemus dare. Bull. 53. §. 2.

Celebrare miſſas ⁊ diuia officia ubiqꜫ. patet ĩfra Miſſas.

Confiteri peccata ſua noſtri fratres non poſſunt niſi fratribus noſtris. Bull. 53. §. 35.

Calices uẽdere ⁊ alia ornamẽta eccl̃ie. Bull. 53. §. 37.

Conſtruere edificare. patet infra Edificare.

Conuentus. patet infra Loca uel locis.

Capl̃a facere debemus in diebus dñicis. Bull. io. §. io.

Corrigere fratres. Bull. 35. 38. io. §. io. pꝫ ſupra Apoſtata.

Congregatio epiſcoporum. patet infra. Sinodos.

Cõciliũ gnãle nr̃ ordo p̃ceſſit. patet infra. Fratres noſtri.

Conſecrare ⁊ bñdicere cimiteria: altaria: clericos: ⁊ eccl̃ias nr̃as põt quilibet epus a nobis poſtulatus: ſi prius dioceſ indebite renuerit. Bull. 30. 53. §. 22.

Cellulas ſeparatas debẽt ſinguli fratres habere nec eas ꝑmutare pñt ſine licẽtia prioris. Bull. io. §. 6.

Carnes comedere. Bull. ii. io. §. i2.

Comedere cõmuniter in cõmuni refectorio audiẽdo lectionem aliquam cum ſilentio. Bull. io. §. 6. i4.

Cõuerſi ſiue laici horas canonicas tenent dr̃e. pꝫ. ĩ. Horas.

Caſtitatem debemus habere. Bull. io. §. i3. 5.

¶ Decias papales: datia: pedagia: gabellas: ⁊ angarias de nulla re debemꝰ dare. bull. 23. 24. 53. §. 2. 8. i9. 25. 27. 37.

Datia: pedagia ſupra Decimas.

Diffinitores capl̃i gnãlis pñt amouere gnãlem. Bull. 57.

Dioceſani ſeu ordinarij nullã poteſtatẽ hñt cõtra nos fr̃es ratione delicti uel ratione ꝯtractus. Bull. 9. 53. §. 9. i8. 38.

Dioceſani ſeu ordinarij uel legati nõ obediẽtes priuilegijs nr̃is. Bull. 53. §. 42. patet infra Ordinarij.

Dilectionem ⁊ charitatem debemus habere. Bull. io. §. i3.

¶ Exẽptiones exactionum ſecularium a chriſti fidelibꝰ indulte confirmantur. Bull. 2. 3. 53. §. 27.

Exemptio ordinis noſtri. Bull. 53. §. 9. 2. i8. 27.

Electiones priorum. patet infra Priores electi.

Excoicati uel irregulares fratres nr̃i ordinis. Bull. 53. §. 5. patet ſupra Cõfeſſiones. ⁊ infra Generalis.

Epiſcopi ordinarij uel p̃lati nullam in nobis rationẽ delicti uel ꝯtractus habent. Bull. 9. 53. §. 9. i8. 38.

Epiſcopi ordinarij uel p̃lati non obediẽtes priuilegijs noſtris. patet infra Ordinarij. Bull. 53. §. 42.

Edificare uel ꝯſtruere edificia eccl̃ias ſeu oratoria in ciuita

tibus:caſtris:villis:⁊ ubi religioſe ac honeſte viuere nos
uocati a populis poſſumus.⁊ a quocūqʒ prelato nō poſ
ſumus prohiberi.Bull.53.§.36.40.
Edificia:libros:calices:⁊ paramēta uendere:⁊ ad alia lo-
ca transferre.Bull.53.§.37.
Extra ↄuēt⁹ uel ordinē ſm uſuʒ dicēdi fres nri ſtātes cum
licētia lrarū ſedis aplice:uel legati a latē hntis poteſtateʒ
uel a quocūqʒ plato pnt corrigi:puniri:⁊ ad ordinē uoca
ri : neqʒ poſſunt portare talem habitum qd poſſint credi
uel cognoſci eſſe fratres carmelitani.Bull.53.§.32.33.
Executorē priuilegioꝝ nroꝝ hre poſſum⁹.b.54.53.§.43.
Executores ultimarū uolūtatū eē poſſum⁹. Bul.53.§.37.
Eccl'ia ſiue oratorium in medio cellularum.Bull.10.§.9.
Edere carnes qualiter debemus.Bull.11.10.§.12.
Elemoſyne nobis fiēde a xpi fidelib⁹:ſi ppt aliqs lites uel
controuerſias per ordinarios phiberentur:ſunt ipſo fa-
cto excommunicati.Bull.53.§.17.
¶ Fres nri ex pſecutione infidelium fugerūt.patet.j.Ordo.
Fratres noſtri non habent ſuperiores niſi ſummum ponti-
ficem.patet infra.Ordo.
Fres nri pceſſerūt cōcilium generale.Bull.14.
Fratres ſtātes extra ordinem.patet ſupra Extra conuētus.
Fres de obſeruātia nūcupati querētes ⁊ recipe uolētes cuʒ
effectu monaſteria uel domos fratrū ↄuctualiuʒ:uel curā
monialium eis cōmiſſam:ipſo facto ſunt excoicati:⁊ dicti
cōuētuales a laicis aliquomodo aggrauarent uel mole-
ſtarent:ut ob hāc cāʒ ſuos ↄuēt⁹ uel curā monialiū dimit-
terēt:ut fres de obſuātia ſuſcipent:ſilr ſūt excoicati.B.55.
Fugitiui fratres.patet ſupra.Apoſtata.
Familiares nri.patet.ſ.Abſolo.Cōfeſſio.⁊.j.Sacramenta.
Fons helie in monte carmelo.Bull.10.§.4.
Fidem debemus habere.Bull.10.§.13.
¶ Generalis a fratribus debet eligi.Bull.37.53.§.16.
Gnālis a diffinitorib⁹ capli gnālis debet amoueri.Bul.37.
Gnālis ⁊ illi qb⁹ cōmiſit vices ſuas pnt abſoluē excoicatos
⁊ irregulares fres nros pfeſſos:nouitios:⁊ igredietes re
ligionē.Bull.51.⁊ vniuerſis priorib⁹ ⁊ frib⁹ circa igredie-
tes religionē dat talis auctas . Bull.20.52.53.§.6.11.39.
Generalis excōmunicatus uel irregularis.Bull.53.§.5.
Generalis electus ⁊ ſibi electionis decreto pſentato ⁊ acce-
ptato:confirmatus eſt a ſede aplica:⁊ poteſt ⁊ debet exer
cere officium ſuum.Bull.53.§.16.
Generali obeunte.Bull.53.§.26.
Gabelle:pedagia:datia.Bull.53.§.2.ſupra Decimas.
Gratie:indulta.patet ſupra Bulle.Priuilegia.Indulgentie.
Generale cōcilium noſter ordo pceſſit.patet ſupra Fres nri.
¶ Hermite noiant fres de mōte carmelo.B.4.5.10.§.2.4.
Helie ⁊ heliſei nos ſumus heredes.patet infra Ordo
Habitu nro uolētes ſepeliri chriſti fideles debēt in eccleſia
nra ⁊ nō alibi ſepeliri.ↄdicētes ſunt excoicati.B.53.§.14.
Hedes eē poſſuʒ⁹ ⁊ executores ultiaꝝ uolūtatū.b.53.§.37.
Horas canonicas dicere tenemur nos clerici:⁊ laici ſiue cō
uerſi.Bull.§.7.
¶ Indulgētie nre ↄfirmāt ⁊ mltiplicant.B.2.57.53.§.27.
Indulgētiā pleniſſimā ſeu remiſſionē oium peccatoꝝ de qͥ
bus corde ↄtriti ⁊ ore ↄfeſſi fuerint fres nri pnt recipere ſe
mel in vita tm ⁊ in mortis articulo:ſi ſuauerint mitigatio
nem regule in bulla vndecima poſitā . ⁊ hāc indulgētiam
qlibet frater idoneus eis pōt concedere.Bull.11.53.§.39.
Incarcerare fratres noſtros.patet ſupra Apoſtata.
Ingredientes religionem noſtram excōmunicati uel irregu
lares abſolui.Bull.53.§.6.patet ſupra Generalis.
Infirmis nob ↄfeſſis qlit poſſum⁹ miſtrare ſacra.b.53.§.12.
Infirmi qui ordināt cum habitu noſtro ſepeliri:ubi debent
ſepeliri.patet ſupra Habitu noſtro.
Inqſitores hētice prauitatis i fres nros nllā ptātē hnt.b.58.
Itinerantes fratres.patet infra Peregrinantes.
Iudices nri fres p aplica ſcripta facti.pʒ.ſ. Cauſe.j.Lites.
Ieiunium debemus tenere.Bull.11.10.§.11.
Iuſtitiam debemus habere.Bull.10.§.13.
¶ Loca apta ⁊ cōmoda religiōi poſſum⁹ recipe.B.10.§.6.
Loca noua:ↄuēt⁹:monaſteria:⁊ eccl'iaſ parochiales de pſē
ſu dioceſani recipe poſſum⁹ p religiōe nra.Bul.53.§.40.
Loca noua nullus ordo mēdicātiū ⁊ alioꝝ religioſoꝝ utri
uſqʒ ſex⁹ pōt recipe iuxta loca nra īfra ſpatiū cētū qdragi
ta cānarū etiam per aerem mēſuratarū.Bull.32.53.§.23.
Loca ⁊ bona deſtitutoꝝ monaſterioꝝ monialium noſtre
religionis cui cōuentui ſpectāt.Bull.53.§.13.
Locū ⁊ uocē nō pnt habē in caplis nri fres.pʒ.ſ.Bnficiuʒ.
Lites:citationes:excoicationes publicādas:curā monialiū
⁊ alias cauſas frib⁹ nris per ſcripta aplica cōmiſſas nos
inuiti cognoſcere ut iudices ⁊ recipe non tenemur:niſi apli
ca ſcripta de uerbo ad uerbum de hac indulgētia ſeu gra
tia plenam fecerit mentionem.Bull.44.53.§.31.
Locis nris canonice habitis cū altari viatico miſſas ⁊ diui
na officia celebrare poſſumuſ:⁊ edificare.B.45.53.§.36.
Leuare corpora mortuoꝝ inuitis plebanis.Bull.53.§.7.
Lectores noſtre religionis qualiter in conuentibus legere
⁊ docere poſſunt.Bull.53.§.29.
Legati a latē ⁊ alij plati uel dni terrarū nō pnt accipe fres
nros p ſocijs ſuis niſi de licētia ſuoꝝ ſupioꝝ.B.53.§.32.
Legati non obediētes priuilegijs nris.pʒ.ſ.Epi ordinarij.
Licētia celebrādi diuina officia de ſancto alberto.Bull.56.
Lectionem audiant fratres in comedēdo:⁊ ſilētium pariter
teneant.Bull.10.§.6.14.
Laici ſiue ↄuerſi horas canonicas tenent dicē.pʒ.ſ.Horas.
Laborare aliqd debem⁹ cauſa fugiendi ocij.Bull.10.§.14.
¶ Miſſas ⁊ diuina officia in locis excoicatis ⁊ interdictis
ianuis tm clauſis dūmodo nō fuerim⁹ cauſa excoicatiōis
⁊ interdicti poſſum⁹ celebrare in eccl'ijs nris nō pulſatis

cāpanis cum uoce ſubmiſſa.Bull.5.6.¶ Fratres noſtri accedētes ad loca excoicata uel interdicta pñt audire uel celebrare diuina officia:⁊ ſuſcipe ſacramenta.Bul.7.

Mitigatio ⁊ confirmatio regule quam tenemur obſeruare.Bull.10.§.1.3.

Miſſas ⁊ diuina officia cū altari viatico ſeu portatili in locis nr̄is:⁊ ubiq; in domibus ⁊ locis ꝯgruētibus coram prelatis:principibus:magnatibus:⁊ dñis:cum fuerimus ab ipſis requiſiti uel ab alijs pſonis libere celebrare poſſumus.Bull.45.46.48.53.§.30.

Monaſteriū.patet.ſ.Loca.locis. Bona monaſteriorum.

Miniſtrare ſacramēta nobis cōfeſſis.patet ſupra Infirmi.

Mortui ſepeliēdi cum habitu noſtro.patet ſupra Habitu.

Mortua corpa leuare inuitis plebanis.Bull.53.§.7.

Mons carmelus derelictus eſt a fratribus.pꝫ.ĩ.Ordo.

Mendicātes:monachi:nigri:ciſtercieñ.⁊ nullus ordo excepto carthuſieñ nullum noſtrum fratrem profeſſum ad ſuam religionem recipere poſſunt.patet infra Ordo.

Mutare fr̄es nr̄os de ꝯuētu ad cōuētū.pꝫ.ĩ.Prior.puicial.

Mantellate noſtri ordinis.patet infra Pinzochere.

Manere in cellulis in lege dñi meditantes ⁊ in orationibꝰ vigilantes.Bull.11.10.§.6.

Mendicare nos frequenter opoꝛtet.Bull.10.§.12.

¶ Nouicios poſſumus recipere.Bull.36.53.§.20.

Nouicij ante ⁊ poſt ingreſſum religionis excoicati ⁊ irregulares poſſumus abſoluē.Bull.53.§.6.⁊ ſi hēant aliqd̄ reſtituēdi ⁊ neſciat nec inueniat ille cui debeat reſtitui priores poſſunt in pios uſus ꝯuētus ꝯuertē.Bull.53.§.24.

Noua loca uel nouos conuentus.patet ſupra Loca.

¶ Opa aliq̄ ſemp debemꝰ hr̄e ad fugiēdū ociū.B.10.§.14.

Ordo nr̄ ſcōꝝ pphaꝝ helie ⁊ heliſei ⁊ enoch atq; alioꝝ filioꝝ pphaꝝ ⁊ ſcōꝝ patꝝ ſucceſſiōe ꝫ hēditariā tꝫ.b.1.57.

Ordo innouat:confirmat:⁊ approbat.Bul.1.8.37.57.

Ordo pſecutꝰ ab īfidelibꝰ ⁊ fr̄es fugerūt ð mōte cāmelo.b.4

Ordo ſub patrocinio petri ⁊ pauli a ro.pōtificibꝰ ſuſcipit. Bull.5.¶ Et ordo totꝰ cū oibꝰ rebꝰ:iuribꝰ:⁊ ptinētijs ſuis tā in ſpūalibꝰ q̄ in tpalibꝰ tm̄ ſoli ro.pōti.⁊ ſedi aplice abſq; ullo medio ſubiacet.Bull.8.24.53.§.19.¶ Rōne vō delicti uel ꝯtus minime pñt ꝯueniri nr̄i fr̄es corā ordinarijs uel legatis aut alijs p̄latis.Bul.9.53.§.9.18.38.

Ordo nr̄ iam approbatus ꝯciliū generale ꝯceſſit.Bull.14.

Ordo mēdicantiū:ciſtercieñ.monachoꝝ nigroꝝ:⁊ nullus ordo excepto carthuſieñ ſine expſſa nr̄i re.gnālis licentia poſſunt ad ſuam religionem de noſtris fratribus recipe:⁊ eſt maxima pena ⁊ excoicatio.Bull.25.26.28.29.

Ordines ſacros ſtatutis tpibꝰ a quolibet epō nulla examinatiōe facta nr̄i fr̄es miſſi recipe pñt.Bull.31.53.§.2.

Obedire ſclaribꝰ p̄latis nō tenemur.Bull.47.53.§.9.18.

Oleum ſanctum a quibus poſſumus recipere;⁊ quid dare debemus.Bull.53.§.2.

Ordinē uel ꝯuētū extra ſtare.patet ſupra Extra cōuentus.

Ordinarij non obedietes nr̄is priuilegijs:gratijs:indultis ⁊ alijs indulgētijs ſunt ipſo facto excōmunicati ⁊ interdicti ab ingreſſu eccleſie.Bull.53.§.42.

Obſeruantes fratres querētes:moleſtantes ꝯuentus fratrum conuentualium.patet ſupra Fratres de obſeruātia.

Obedire tenemur noſtro priori electo.Bull.37.10.§.5.

Orare tenemur.Bull.10.§.6.

Officium dicere.patet ſupra Horas.

Oratoriū ſiue ecclia in medio cellularū fiat.Bull.10.§.9.

¶ Priuilegia ⁊ oēs grē ⁊ idulgētie atq; indulta ꝯceſſa re.generalibus:puincialibus:prioribus:⁊ alijs fr̄ibus mēdicātium tam in tpalibus q̄ in ſpūalibꝰ eadē ſunt cōceſſa re.generali:puincialibꝰ:prioribꝰ ⁊ fr̄ibꝰ nr̄is.B.53.§.42.

Priuilegia ⁊ oēs grē innouant confirmant ⁊ approbant. Bull.1.2.57.53.§.1.27.

Preſentatio fratrum ad audiēdas cōfeſſiones ⁊ p̄dicādū. Bull.15.17.patet infra Predicatores.

Prior gnālis uel puincialis pñt mutare fr̄es:corrigere ſuum officium exercere:nouicios recipe.Bull.36.

Priores electi ⁊ facti ſm regulā ⁊ ꝯſtitutiones habent auctoritatem ⁊ poteſtatem ligandi ⁊ abſoluendi curāq; aiarum exercēdi circa ſuos fratres.Bull.37.10.§.5.

Prelati non pñt exigere a nobis aliquid uel in virtute ſancte obedientie precipere.Bull.47.

Prelati non obedietes priuilegijs nr̄is.patet.ſ.Ordinarij.

Pinzochere:bigine:oblati:oblate:cōmiſſi:cōmiſſe:ſorores:vgines:vidue:mātellate:fr̄es tertij ordinis:⁊ oēs perſone hñtes aliqd ſignū habitꝰ ordinis beate marie vginis de mōte carmelo gaudēt oibꝰ priuilegijs:gratijs:⁊ indulgētijs:qbus gaudēt nr̄i fr̄es:⁊ pinzochere:⁊ fr̄es ſci dñici:ſci frāciſci:⁊ ſci auguſtini:⁊ iſtis dare poſſumꝰ ſacra ⁊ ſepulturas irreq̄ſitis plebāis ſuis.b.40.41.42.43.53.§.3.4.28

Predicare poſſunt noſtri fratres de cōſenſu dioceſani.Bul.49.53.§.29.30.patet ſupra Confeſſio.

Predicatores uel ꝯfeſſores eruditi:examinati:approbati:electi:uel licētiati ad p̄dicādū uel ꝯfitēdum a ſolo re.generali:a prouinciali vō cum diffinitoribus in caplo prouinciali:poſſunt illa officia libere exercere.Bull.53.§.29.30.

Precipe nobis nullus p̄latꝰ pōt.pꝫ.ſ.Obedire.Bul.47.

Prouincialis ⁊ prior localis a re.generali poſſunt ordinari.Bull.53.§.16.

Procuratores ⁊ aduocati noſtri:⁊ in nr̄is obſequijs morantes.Bull.53.§.4.

Pedagia:gabelle:⁊ datia.Bull.53.§.2.patet.ſ.Decimas.

Proceſſiones ⁊ ſinodos extra uel intra ciuitates ⁊ oppida nos uocati ab ordinarijs adire non tenemur:neq; cōfeſſiones audire inuiti.Bull.53.§.36.

Paramēta nr̄oꝝ ꝯuētuū uēdē aut trāſferre.Bull.53.§.37.

Portio canonica.patet infra Quarta.

Patriarcha.patet.s̄.Epi.ordinarij.Legati.prelati.
Principes:dñi:ꝛ legati:nõ pñt accipe frẽs nr̃os ſine licẽtia ſuoꝝ ſupioꝝ pro ſuis ſocijs uel capellanis.pꝫ.s̄.Legati.
Peregrinãtes fratres per loca excõmunicata uel interdicta poſſunt petere vite neceſſaria.Bull.53.§.5.
Prouincialis excõmunicat⁹ uel irregularis .Bull.53.§.5.
Priorem vnicum debemus habere.Bull.io.§.5.
Proprietate non cõmuniter priuamur : ſed particulariter dicto ꝛ facto.Bull.io.§.5.8.patet ſupra Heredes.
¶Quartã funeraliũ ſiue de cãdelis:poſſeſſionũ:domoꝝ: predictorum : ꝛ de nulla re nobis legata uel donata debemus dare.Bull.2i.22.53.§.2.8.37.
¶Regula nr̃a approbata ꝛ ꝯfirmata tradita fuit per Albertum patriarchã hieroſolimitanũ.B.io.§.3.ii.53.§.33.
Recipe ꝯuẽt⁹ uel loca nobis donata a xp̄i fidelib⁹:ꝛ de cõſenſu dioceſani eccliaꝝ ꝯſtruẽ ibidẽ liberãq; ſepulturã hr̃e ac diuina officia celebrare poſſumus.Bull.i3.53.§.4o.
Reformare loca nr̃a ſiue ꝯuẽtus maiores nr̃i uolẽtes huic bono opi ꝯdicẽtes ſiue ſint frẽs uel ſeculares aut p̄lati q̄cũq; dignitate fulgẽtes ſubdunt excoicationi : a qua non pñt abſolui niſi in articulo mortis.Bull.33.34.
Reformatos ꝯuẽt⁹ nõ põt re.ꝓuincialis viſitare per ſuum vicariũ:ſed pſonalr cũ ſocio iã reformato nec exigẽ taxã niſi ꝯſuetã.nec vicari⁹ cuiuſcũq; pſone ſit:ẽt ſi hẽret bullã aplicã gr̃a viſitãdi dictos ꝯuẽt⁹ nõ põt viſitare.Bull.34.
Rebelles frẽs ꝛ icorrigibiles.Bull.38.pꝫ ſupra Apoſtata.
Recõciliare eccleſias noſtras.patet ſupra Cõſecratio.
Reſtitutio a chriſti fidelib⁹ faciẽda pro uſuris factis:rapinis:uel male acqſitis:ſi illi qb⁹ debet fieri talis reſtitutio nõ cognoſcant:neſciant:uel nõ iueniant:uel ẽt ꝓ redẽptione uotoꝝ mutatoruꝫ a dioceſanis:nobis põt fieri ꝛ dar uſq; ad ſummã cẽtũ marcharũ argẽti.Bull.5o.
Redemptio uotorum.patet ſupra Reſtitutio.
Religio noſtra.patet ſupra Ordo.fratres.
Redimere res noſtras de manibus laicorum eſt in poteſtate noſtra.Bull.53.§.25.
¶Sepulturas hr̃e.B.i4.pꝫ.s̄.Cõfeſſio.Infirmis.pizochẽ.
Sacramenta ac ſepulturas dare poſſumus.Bull.i8.53.§.i4.patet ſupra Infirmis.pinzochere.
Sacros ordines recipe.patet ſupra Ordo.Bull.53.§.22.
Sepulturam liberam habere poſſumus pro ſepeliẽdis ſecularibus.Bull.53.§.7.
Sinodos adire uel cõgregationes ab ordinarijs non poſſumus compelli.Bull.53.§.2i.
Sepelire mortuos cũ habitu nr̃o ſine licẽtia nr̃a plebani
Supiorem extra ordinẽ nr̃m ſolũ ſummũ põtificem ꝛ nullum alium prelatum cognoſcimus.patet ſupra Ordo.
Silẽtium teneant fratres in nocte:ꝛ in comeſtione cum lectione.Bull.io.§.6.i4.
Stare in cellulis:meditari:ꝛ orare.patet ſupra Manere.

Spem in ſaluatore debemus habere.Bul.io.§.i3.
¶Trãſumptis priuilegioꝝ nr̃oꝝ munitis manu publici notarij cũ ſigillo aliquo.ſ.camere aplice.uel reuerẽdiſſimi ꝓtectoris nr̃i:uel alterius p̄lati aliq̄ dignitate fulgẽtis:uel nr̃i re.mgr̄i gnãlis:ubiq; eſt adhibẽda fides.B.53.§.44.
¶Uirgines uel vidue nr̃i ordinis.patet ſupra Pinzochere.
Uiſitare conuentus reformatos.patet ſupra Reformatos.
Uſura reſtituenda.patet ſupra Reſtitutio.
Uota mutata.patet ſupra Reſtitutio.
Uicarij ordinarioꝝ.patet ſupra Patriarcha.
Uocem ꝛ locum non poſſunt habere in caplis fratres nr̃i. patet ſupra Beneficium.
Uicarius generalis uel ꝓuincialis.patet.s̄.Reformatos.





